



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
16 C
7


I
C. 67.e.

12.16.G.R.




DE CALORE
NATVRALI
ACQVISITITIO,
ET FEBRILI
Libri Duo.

Cum expositione XIIII. & XV.
Aph. Primæ Par.

Quibus accedunt libri Duo de Concoctione
Vbi exponuntur xxij. & xxiiij. Aphor.
Primæ Part.


SALVSTIO SALVIANO
ROMANO MEDICO,
Et in Romano Gymnasio Medicinam
Theoricam, publice profitente,
Auctore,





Ex auctoritate Superiorum.

ROMÆ, Ex Typographia Iacobi Tornerij.
& Bernardini Donangeli. 1586.


42 16 57

ILLVSTRISSIMO,

ET REVERENDISSIMO

VINCENTIO

LAVRO

S. R. E. Cardinali Amplissimo.

SALVSTIVS SALVIANVS S.P.

DVM Typis XII. Libros de Historia, sacra edere mihi erat in animo; cum quatuor alijs de Varia Elementorum Historia, & sex Variæ Lectionis Libris, cognoui complures inuidos, & maleuolos homines nouum arguendi genus excogitasse, nam cum Historiarum Studijs detrahi ab ipsis non possit, nec mei fortasse labores reprehendi, quos multis videndos tradidi, vt Doctorum virorum de ipsis antequàm ede-

Historia de Hierusalē.

† 2 rentur

rentur iudicia cognita haberem, mè adeò Historijs animum applicuisse dicunt, vt Medicinæ studia missa fecerim penitus, & mè Medicum esse sim oblitus; arbitrantur enim hi homines meas hasce Hystorias maxima diligentia, diuturnisque lucubrationibus eguisse, vt (cum adeò iuuenis sim, animo percipere non valeant) compositioni harum Hystoriarum, Medicinæque studijs mè operam nauare potuisse; quę dum meos labores, diligentiamq; meam suo desidiosissimo otio, nimijsque commodis metiuntur, non animaduertunt, tempus quod ipsi in ludis, & somno nimio cōterunt, alijsq; otiosis, & iucundis oblectationibus, me studijs Hystoriarum semper applicuisse, maxime inde voluptatem percipiens, præter eas horas, quas proprijs Medicinæ studijs impendo, quibus multo magis semper incubui, quòd ex eo patet; XVI. enim annos publicè in Almæ Vrbis Gymnasio Medicinam Theoricam sum professus, in Vrbe quocumque tempore Medicinam exerceo, & quàm sæpissimè de Medi-

cis

cis rebus pro ægrotantium curatione cum prestantissimis viris colloquia habeo : ex quibus homines isti, à sua sententia reuocari potuissent : fieri tamen non potuit quin multis ex ipsorum sermonibus persuasum sit, Hystoriarum mè potius Scriptorem esse, quàm Medicum. Id mè in primis impulit, vt hos duos de Cōcoctione, cum duobus de Calore Libris ederem, recordatus, quid simile, olim Sophocli Poetæ celeberrimo contigisse, qui cum ad extremam senectutem peruenisset, & à filio dementiæ accusaretur, quasi per ætatem desiperet, vt ante patris obitum, bonorum impius hæres fieret, protulisse fertur Colonæum suam per egregium Tragœdiarum, quam forte eo tempore conscribebat, eam iudicibus legisse, nec quicquam aliud pro defensione sua addidisse, nisi vt audacter dementię condemnarent, si carmina senis displicerent: ibi ego comperio omnes Iudices tanto Poetę ad surrexisse; miris laudibus eum tulisse, quod vtinam mihi hodie cōtingeret; dum quatuor hosce libros

edo,

edo, ex quibus detractores mei conijcere possint, mè non adeò in Hystorijs conscribendis occupatum fuisse, quin multo magis Medicinę operam dederim, & cum difficillima hæc pertractanda susceperim, faciliora etiam mihi cognita esse cognoscent, præsertim cum hęc, noua quadam Methodo explicare conatus fuerim, & plęraque quæ non attigerunt alij, in lucem proferre ab Hippocratis, & Galeni doctrina nunquam recedens. Et cum primum mearũ Hystoriarum Libri fuerint in lucem editi, quod erit quàm citissimè, non enim alio, quàm Typis egent, certiores illos reddam, mè non adeò in Hystorijs conscribendis, occupatum fuisse, quin Primam, Secundam & Quartam Aphorismorum Hipocratis particulam Commentis exposuerim, & duos de Vrinis Libros conscripserim, nec non de Ratione victus alterum, quos omnes annuente Deo excudendos curabo. Hosce verò Libros sub Amplitudinis tuę Clypeo edere volui, qui cum non in Medica facultate solum, sed in omni disciplinarum

narum

narum genere pręſtes, tum authoritate, tum etiam doctrina detractoribus meis metum incutere valeas, quod ſi ipſos tibi noſtrę ętatis doctiſsimo probari intellexerim, mihi quàm iucundiſsimum erit, cumq; Hippolytum Saluianum patrem meum amaueris, ergaque illum dum viueret, gratiſsimus fueris, Te etiam obſecro, vt qui tè ſemper ſumma obſeruantia colam, dignum mè abs tè amari putes. Amplitùdinem tuam Deus Optimus Maximus tueatur, vti omnes exoptant, tuaq́ue virtus meretur. Romæ xv. Decembris M. D. LXXXV.

DE NATVRALI CALORE LIBER PRIMVS

SALVSTIO SALVIANO Medico Authore.



Vmana corpora actu calida reperiri, sensu tactus cognoscimus, quando sensibiles, et primæ quatuor qualitates, solo sensu dignoscuntur: iste autem calor qui reperitur in corporibus nostris, vt fatetur Gal. est duplex, Naturalis inquam, & Aduentitius, seu Aquisititius, qui ambo calores, sicuti reperiuntur in omnibus corporibus sanis, ita & in corporibus ægris, tertius reperitur calor, qui si vnam tantum animalis partem occupat, dicitur morbus calidus, seu intēperies calida, quod si occupet cor, & omnes partes, nostri corporis, appellatur febris, seu calor febrilis.

1. Aphor. com. 14. 3. de caus. puls. cap. 6. 5. de simp. medic. fac. cap. 6.

De his ergo tribus caloribus, nobis agendum erit & in primo libro, pertractandum

erit, de Naturali, in secundo de Aquisititio & febrili calore: & sicuti pertractatio ista est summopere necessaria, ita quoque est val de difficilis, & laboriosa: cogar tandem alio rum omissis opinionibus, rem ipsam particu lari, & nouo quodam modo, paucis, & quam facillime, Diuino fauente numine, demon strare & quod primoloco, mihi agendum instituueram, id ita, nunc pertractandum, sumam.

Lib. de tremore. c. 6. Primo Apho. com. 14. *Naturalis calor, vt docet Gal. non est pura & simplex caliditas, sed est substantia quedã calida, & ideo, nõ appellatur caliditas, aut calor, sed frequentius, dicitur calidum naturale, quoniam quãdo dicimus calorem innatum, tunc solam & nudam qualitatem dicimus, eo quia loquimur in abstracto: sed dicendo calidum naturale, loquimur, in concreto, & non dicimus solã, & simplicem qualitatem, nempe calorem sed simul, & semel, calorem, & subiectum illius caloris: quare & nos disputabimus non solum de calore, sed de calido naturali.*

De quo quidem calido naturali, tria à nobis veniunt consideranda: primo quotuplex sit, secundo quid sit tertio necessitas

huius

huius caloris.

Quoad primum quæsitum, dico tale calidū naturale, esse in duplici differentia, innatū & influens & de vtroque pertractaudum erit, & primo de Innato.

Quid sit calidum Innatum. Cap. II.

CVm duæ sint partes huius innati calidi caliditas nempe quæ accidens est de prædicamento qualitatis, secundo subiectum illius caloris: de vtraq; dicendū est, & primo de calore: calor igitur innatus, est ille calor quē quælibet pars nostri corporis, contrait, ex principijs suæ generationis, ex mixtione quatuor elementorū in prima sui formatione: vita.n. cum consistat in calido, hinc etiā factum est, vt omnes partes viuentes, à prædominio, sint calidæ & in eis dominētur elemēta calida, quod si aliq; partes dicantur frigidæ, hoc non est quia à prædominio tales sint; sed quia in cōparatione ad partes tēperatas vel ad calidiores dicuntur minus calidæ: ea enim quæ sunt minus calida in cōparatione ad calidiora, dicūtur frida: iste ergo calor; quem partes contrahūt,

à principio generationis, ex mixtione elementorũ dicitur calor innatus, quia innascitur cuilibet parti à principio generationis eadẽ ratione, appellatur fixus & permanẽs & congenitus, quoniã simul cum parte generatur, cui fixus heret quousq; partes uiuunt & ratione huius caloris omnes partes viuentes nostri corporis, à predominio dicuntur calide: & hoc calidum innatum vt testatur Gadenus, dicitur temperamentum natura, & substantia partium similarium.

lib. de tremore. c. 6. 1. Aphor. com. 15.

De calore influenti & eius necessitate. Cap. I I.

FVit igitur necessarium vt omnes partes viuentes à predominio essent calide quoniã vita, & omnes operationes uiuentiũ, fiunt à calore, sed cum calor innatus, & complãtatus, sit ualde mitis, & debilis, vnde per se solus non erat potens, omnia operari, ideo fuit necessariũ vt daretur alius calor magnus qui dicitur Influẽs, & reperitur in corde, & à sinistro cordis ventriculo, defertur per arterias, ad singulas partes nostri corporis, augendo debilem calorem innatũ, singularum partiũ nostri corporis, qui calor innatus,

natus, auctus à calore influenti, potens est efficere, omnes operationes illius partis similaris, & hac ratione, iste calor dicitur influens quia influit à corde, à quo transmittitur ad singulas partes.

Et qua ratione dicetis vos, fecit natura calorem innatum, adeo debilem, vt indigeret calore influēti. Respondeo hoc esse quia tria necessario requiruntur, pro conseruatione caloris primo ut habeat comercium cum aere, ignis enim existens in furno, si os eius fuerit adeo obstructum, vt penitus nihil aeris ingrediatur, statim extinguetur: secundo indiget pabulo, & nutrimento, quo nutriatur, tertio vt expurgetur à suis excrementis, ne ab illis suffocetur: quare quo calor maior est, maiori indiget comercio cum aere, & maiori copia alimenti pro sui nutritione, unde & plura generātur excremē ta, à quibus debet expurgari, quòd si alterū istorum deficiat, extinguitur calor: ex his facile possumus reddere rationem, cur innatus calor partium similarium nostri corporis, sit adeo mitis, & debilis, vt per se solus non sit sufficiens instrumentum omnium nostrarum operationum: fuit enim impossibile, vt innatus calor nostrarum omnium

partium esset magnus, & valde intensus, cũ sit impossibile, vt iste calor in singulis partibus, haberet maximum comercium cum aere quoniam tale comercium, non potest habere, nisi per poros ipsius cutis, qui cum sint angusti, paucum habebit comercium, ideo fuit necessarium vt calor illarum partium, esset debilis: & si quaratis cur natura non fecit poros ipsius cutis magnos, & valde latos? Respondeo quia corpus esset nimis rarum, & veluti spongia, debile, & ineptum, ad multas operationes, quod erat maximum inconueniens; & eadem ratione, per eosdem angustos poros cutis, non possunt expurgari, multa, & copiosa excrementa qualia generantur à multo calore, ideo fuit necessarium vt innatus calor illarum partium, esset paucus, & debilis, ne extingueretur, & ad hoc vt posit longo tempore ibi conseruari: & eadem ratione, natura nobis dedit calorem influentem, qui in corde magnus est, quoniam per inspirationem, habet maximum comercium cum aere & per expirationem, multa expurgantur excrementa fuliginosa, ipsius caloris, quæ se habent veluti fumus & cinis: ideo iste calor influens magnus,

potest in corde conseruari. Quod si dicatis si ergo calor influens multus & valde intensus reperitur in corde per se solus igitur erit sufficiens instrumentū, omniū operationum, vnde nulla erit necessitas innati caloris, ergo nō erit ponendus innatus calor, cū nō sint multiplicāda entia, citra necessitatē.

Respōdeo quod cum calor influēs, vnus, & idem sit in singulis partibus nostri corporis, erat impossibile, vt per se solus, esset sufficiens principium diuersarum, & contrariarum operationum: ideo fuit necessarium vt præter influentem calorē daretur etiam calor innatus, qui non vnus, & idem est in omnibus partibus, sed varius & diuersus pro diuersitate ipsarum partium, cum alius sit inatus calor, ipsius ossis, alius carnis &c. & ideo pro diuersitate horum calorum innatorum diuersæ, & variæ fiunt operationes, & partes inuicem distinguuntur: si enim ex sententia ipsius Galeni calidum innatum dicitur temperamentum, & natura ipsarum partium similarium cum temperamenta, & naturæ diuersarum partium, vt carnis, ossis sanguinis &c. sint distinctæ cogimur quoque fateri, & innata calida illarum partium, esse inuicem distincta.

Et si duo in omnibus reperiunturnaturales calores, vt influens, & innatus, quis nam illorum dicitur principium operationum?

1. Aphor. com. 15. *Respondet Galenus, hoc esse innatum calidum, sed addatis vos licet innatum calidum primo, & principaliter, dicatur principium operationum, non tamen per se solum, sed auctum ab influenti.*

De caliditate calidi naturalis. Cap. IIII.

CVm igitur horũ duorũ calorum, innati, & influentis, explicaturi simus essentiã, & naturam, & in vtroque, duo reperiãtur, primo caliditas, quæ accidẽs quoddã est de prædicamẽto qualitatis, & habet rationẽ formæ, secundo reperiatur subiectum, cui inhæreat illud accidens, nempe caliditas illa, quod quidem subiectum substantia est, & se habet veluti materia, de vtraque dicendum est, & primo de qualitate, nempe de calore, quæ nam sit eius essentia, & cuius sit naturæ.

In Timeo. *Plato, fatetur essentiam huius caliditatis, igneam esse, quam sententiam damnat*

Arist. & Galenus, si enim naturalis calidi- 2. de gen. anim. c. 3.
tas ignea esset, ergo in febribus, concoctio- Gal. 8. de
nes, auctiones, nutritiones, melius fierent, plac. c. 13.
quàm in sanis, quia si per se, ignea calidi-
tas est causa harum operationum, & talis
aucta sit in febre, ergo melius operabitur.

Secunda ratio, ad tactū naturalis calidi
tas, apparet mitis, suauis, & humida, ergò
non est ignea, acris, & mordax.

Secunda opinio Arist. qui credit hunc ca 2. de gene. anim. c. 3.
lorē non esse elementalē, sed æthereum, & Fernelius
celestē, proportionatum elemento stellarū: lib. 4. de naturali me
quam quidem opinionem, sic probari potest, dicina, c. 1.
quoniam in extrema senectute, in serpenti-
bus, in papauere, mandragora, &c. domi-
natur frigiditas elementalis, cum talia cor
pora temperamento frigida sint, & in eis
intensior est frigiditas, quam caliditas ele-
mentalis, si ergo operationes viuentis, fierēt
ab aliqua qualitate elementali, vt à calidi-
tate ignea, vel aerea, cum talis superetur
à frigiditate dominante, non esset potens o-
perari in illis corporibus frigidis cum tamē
illa corpora viuant, & in eis fiant operatio
nes viuentium, quæ non possunt fieri, nisi à
calore: ergo si non fiunt à caliditate elemen
tali, dicendum est fieri, ab alia nobiliori

cali-

caliditate, nempe celesti, quæ supra elementorum natura sit, ideo non alteratur, nec iminuitur, à frigiditate elementali, quæ dominatur, in illis mixtis, ergo calor qui dicitur efficiens omnium nostrarum operationum, non potest esse ille calor elementalis, qui in mixtione temperamenti dictorum corporum, est diminutus, ac debilis, cum in eis dominetur frigiditas, quare, ex sententia Ari. calor iste naturalis, non ex prima elementorum mixtione ortum ducit, sed aliunde nobis inest & eo magis confirmatur, quoniã in vltima senectute, in serpentibus: in papauere &c. calor elementalis, est remissus, & debilis, cum in eis ad sit dominium frigiditatis: est ergo impossibile, vt calor elemẽtalis remissus & debilis, vi, & operibus, possit frigus superare, neq; in eum tãquam causam efficientem, possunt vite operationes referri.

Quãuis possumus respondere ad prædictam rationem, in omnibus viuentibus dominari calidũ, & adesse dominiũ caloris nec vltimi senes serpẽtes, & plãte quædam dicuntur à præ dominio frigidæ nisi quia sint minus calida, quam cetera corpora: adest igitur in his dominium caloris cum

hoc tamen, vt ibi reperiantur plures gradus frigiditatis, quam in ceteris corporibus.

Tertia sententia ipsius Galeni, & Hipocratis, qui concedunt hunc calorem elemẽtalem, esse, non tamen igneum, vt credit plato, sed esse aereum, calidum, & humidum, mitem, & suauem. 1. Aph. 15

Vtraque opinio, Aristotelis, & Galeni, probabilis est, & vtraq; possumus recipere, siue dicamus hanc caliditatem celestem esse vel aeream.

Ex his infero, eandem esse caliditatem vtriusque calidi naturalis, innati & influẽtis, conueniunt enim calidum innatum, & influens, in calore quia vtriusque caliditas celestis est vel aerea; differunt tantum, secundum magis & minus, quoniã vt docet Gal. caliditas calidi influẽtis, est, valde intẽsa, caliditas vero innati est debilis ac mitis. De formatione fet°. cap. 4.

Duo calida in nobis reperiri innatũ & influens. Cap. V.

SVpposuimus hactenus, duo calida in nobis reperiri, innatum, & influens, demostrauimusq; eorum necessitatem, sed quomodo possumus cõprobare, talia duo calida in nobis reperiri? cui Respõdeo tripliciter hoc

posse probari, primo auctoritate, secundo ratione, tertio experientia, ab effectu, & à posteriori.

1. tegni c. 9. *Quoad primum sic docet Galenus, quælibet pars per se habet, quemdam innatũ calorem, & vim qua nutritur, & viuit, etiam secluso corde: quibus verbis, concedit innatum calidum: posuit etiam influens, dum dicit etiam viuere secluso corde, nam si partes à corde non reciperent vitam, & calorẽ, non esset mirum, quod possent viuere, etiã secluso corde, sed vita consistit in calore, ergo à corde, habent calorem, & sic duo calores: hoc idem fatetur idem Galenus alibi.*

De formatione fœtus. cap. 4. *Secundo comprobatur hoc idem ratione, dari calidum innatum: quot enim sunt partes similares corporis viuentis, tot sunt temperamenta diuersa, & cũ omnes partes sint viuentes, hinc etiam factum est, vt in omnibus istis temperamentis prædominetur caliditas, quoniam vita consistit in calido, & omnes operationes viuentium fiunt à calore, vnde illorum temperamentum à prædominio est calidum, sed tale temperamentũ nihil aliud est quàm calidum innatum, contractũ ex miscela elementorum, ergo quot sunt partes similares ipsius viuẽtis, tot sunt*

calida

calida fixa, innata, quare ex sententia Galeni, & medicorum calidũ innatum, est temperamentum partium similarium, & essentia, & natura earumdem partium, & principium omnium operationum, & cum partes similares, inuicem natura, & propria essentia distinguantur, & natura earum sit calor innatus, ergo & calidum innatũ ossis, distinguitur à calido innato carnis &c. sicuti caro, distinguitur ab osse.

Quod autem innatum distinguatur secundum distinctionem partium similarium & quod diuersarũpartium, diuersa sint calida innata, probatur ex nutritione, cũ alia sit nutritio ossis, alia carnis, quia os conuertit sanguinem in os, & non in carnem, caro in carnem, &c. & cum ista nutritio & concoctio fiat à calore: ergo signum est quod calor ossis est destinctus à calore carnis, & sic de alijs, & ista est necessitas calidi innati: quod cum sit adeo debile, vt per se solum nõ possit operari, ideo fuit necessarium dari calidum influens, vt diximus supra.

Tertio hoc idem probatur à posteriori, & experientia per sensum tactus, quoniam in sano homine extremæ & externæ partes nostri corporis ad tactum apparent calide,

sed

ſed in principio acceſsionū dum febricitant ad tactum apparent frigidæ, cuius ſignum eſt caliditatem illarum externarum partiū retrai ad internas partes: tunc quæro, calor iſte qui retraitur, nō eſt calor innatus quia cum ſit natura & temperamentum illarum partium, eſt fixus, permanens, & congenitus illis partibus, & ab eis inſeparabilis ſine coruptione illius partis, ergo erit alius calor, ille qui retraitur nempe influens, ergo duo ſunt calores: hoc idem apparet in accidentibus animi, in quibus, calor externarum partium: retraitur ad internas partes & ille partes extreme, remanēt frigidæ: iſte calor qui retraitur, non poteſt eſſe innatus, quia tunc temporis, illæ partes non ſunt dæſtitu te, omni calore, quia ſic non viuerent, cum vita conſiſtat in calore, nec ad tactum apparent omnino frigidæ, ſed tepidæ, cuius ſignum eſt ibi remanere innatum calorem: ſed deeſſe calorem influentem, qui in tali caſu, à corde non amplius transmittitur, ad externas partes, & cū innatus calor, debilis ſit, ideo partes, tunc apparent diminute calidæ, & quaſi frigidæ: tertio hoc idem conſtat, in febre peſtilenti, in qua extrema frigent & in ſincopi, cordis palpitatione

&c. in,

&c. in quibus affectibus, cor aut non transmittit calorem influentem ad externas partes, aut saltim, transmittit in pauca quantitate, ergo duo calores.

De subiecto calidi naturalis innati, & influentis. Cap. VI.

DEclarauimus hactenus, qualitatem huius calidi naturalis, celestem esse, vel aereã caliditatẽ, quæ cum accidẽs sit nõ potest esse sine subiecto cui inhareat; de subiecto igitur huius caloris, per tractandũ est & cum duplex sit istud calidum, innatũ nẽpe, & influens, de subiecto vtriusque disputabimus, & primo de subiecto calidi innati

Cum ergo caliditas innata, sit illa caliditas quam cõtraunt singulæ partes similares nostri corporis in prima sui formatione, ex mistione elementorũ, vt supra declarauimus, hinc etiã factum est, vt subiectum huius caliditatis, sint partes ipsæ similares, quæ ratione huius caloris, a prædominio, & propria natura dicuntur calidæ: sed partes similares vt caro, os sanguis &c. licet ad sensum appareant similares, & eiusdem rationis, quia quelibet pars carnis, sit caro revera tamẽ, sũt ætherogene, & dissimilares, cap. 2.

cum componantur ex quatuor elementis, & ex consequenti in qualibet parte similari, reperitur portio carnis magis humida, alia pars carnis magis calida, altera temperata, & quadam frigida, & sicca, & sic de osse, & alijs vocatis similaribus partibus: vnde factum est, vt secundum rei veritatem, omnes partes nostri corporis sint atherogeneæ, & dissimilares, quia tamen medicus est artifex sensatus, iudicat secundum sensum, ideo cum tales partes ad sensum appareant similares, medicus iudicat illas esse similares: si ergo dicetis vos, calor innatus subiectatur in parte similari, quæritur an subiectetur in tota parte similari, an in aliqua eius parte. Cui respondeo subiectari in parte calida, & humida, & magis temperata, ipsius partis similaris, quæ quidem pars seu portio partis similaris, dicitur calida & humida, quia in ea dominatur aer & aqua: & ideo caliditas naturalis innata, quæ est in carne, non subiectatur primo & per se in tota carne, sed solum in portione calida & humida, & magis temperata, ipsius carnis, & hac ratione fatetur Galenus substantiam calidi innati esse aeream & humidam, & alibi statuit substantiam calidi

1. Aphor. com 14. 6. epid. com. 4. com. 25. Lib. cōtra Licum.

calidi innati esse sanguineam nostri corporis substantiam.

Cum igitur innatum calidum, sit illud, quod quidẽ cõtraxerunt singulæ partes similares, in prima sui formatione, ex principijs suæ generationis: ista autem principia, sint semen, & sanguis, quæ ambo calida sunt, & humida, quoniam ex mixtione elementorũ in eis principijs, dominatur aer & aqua; ideo non est mirum, si etiam omnes partes quæ componuntur ex illis principijs, sint etiã calidæ, & humidæ, & habeant caliditatem cælestem, vel aeream, qualis reperitur in illis principijs: cum tamen similares partes, componantur ex quatuor elementis, & loco elementorum ex quatuor humoribus, ideo in qualibet parte similari, datur portio magis terrestris, alia aerea: & sic dico, quod caliditas ista innata, subiectatur primo & per se in portione illa aerea, & temperata, partis similaris.

Nunc autem videndum est quodnam sit subiectum, caloris influentis, pro cuius rei declaratione, considerandum est, quòd cum talis caliditas influens, à corde per arterias, transmittatur ad omnes, & singulas partes nostri corporis, ideo fuit necessarium vt tale De subiecto caloris influẽtis.

subiectum, deferens illam caliditatem, esset substantiã tenuissimum, & facile mobile cum ista caliditas influens velocissimo motu moueatur, ad oẽs, & minimas partes, si subiectum deferens illam caliditatem influentem, esset crassum corpulentum, non potuisset vbique penetrare, & ad singulas, & minimas partes, deferre illam caliditatẽ, & hac ratione nullus humor, potest esse vehiculũ, & subiectũ deferens, istam caliditatẽ, cũ nullus humor, sit ita tenuis, & facile mobilis vt velocissimo motu, possit ad omnes partes, deferre illum calorem. quare fuit necessarium, huic calori influenti materiam & subiectum substerni, substantia tenuissimum, aptum vt velocissime possit moueri, quod simul fouendo, calori esset etiam familiare, & amicum, & quia talia sunt aerea, aut vt melius dicamus, ætherea, quam materiã, Plato, Hipo. & Arist. spiritum vocarunt, eo quia cum sit substantia tenuissimus, oculorum effugit obtutum, cum non sit visibilis quo quidem etiam modo & auram, & ventum, & vnam quamque substantiam, quæ sub aspectu non cadit, spiritũ appellare consueuerunt: ista ergo fuit necessitas, spirituum, in corporibus nostris, vt de-

deferrent calorem influentem, essent eius vehiculum, & subiectum, & hac ratione dicit Galenus substantiã nostri calidi, esse per se mobilem: Ex his infero, quod per calidum influens, debemus intelligere spiritus, & hoc videtur docere Galenus dum dicit huius caloris substantiam aeream esse, & aqueam spiritus autẽ aerei sunt cum ex Galeno generentur ex aere atracto, & puriori parte sanguinis, quæ ambo calida sunt & humida.

lib. de tremore c.6.

5. de simp. medicamẽtis c.9.

1. aphr. com. 14.

Ex his ergo dicamus, quod ista duo calida, innatum, & influens conueniunt in qualitate, nempe in calore, quoniam caliditas vtriusq; calidi est æthereã, vel aereã, & eiusdem rationis, differens solum secundum magis, & minus, cum caliditas calidi influentis, sit intensior, quam sit caliditas innati calidi: sed ratione subiecti distinguũtur cũ subiectum calidi innati sit substantia aerea & magis temperata partiũ similarium: subiectum vero influentis sunt spiritus.

De spiritibus an sint, & quid sint. Cap. VII.

*SVbiectum influentis caloris, spiritum esse statuimus, pro maiori tamen huius rei
declaratione, & vt omnis remoueatur diffi
cultas, quatuor sunt de spiritibus inuestigāda: primo an sint, secundo quid sint; tertio
eorum necessitas, quarta quot sint spiritus.*

1. Apho. *Quoad primum dari, & reperiri spiri-*
com. 15. *tus in corporibus nostris, fatetur Gal. dum
dicit tria esse, quæ complent substantiam no*
5. de simpli. cap. de *stri corporis, spiritum, sanguinem, & semen:*
suppuran *& clarius alibi dicit Galenus, spiritum con-*
tibus. *tineri in omni parte nostri corporis, & alio*
1. de diffe. *in loco, dicit corpus nostrum constare con-*
feb. cap. 1. 11. meth. *tentis, continentibus, & impetum facienti*
med. cap. *bus, qui spiritus sunt prout alibi clarissime*
1. & 3. *declarat Galenus dum dicit, quod vnaquæ-
quæ pars, constat triplici substantia, vt spi-*
7. de vsu part. c. vlt. *rituosa, carnosa, & calida: eosdem spiritus,*
2. de tēp. *concedit Gal. multis in locis, adeo vt res ip-*
cap. 3. de vtilita- *sa nullam habeat difficultatem, in doctrina*
te resp. c. 5 *Gal. hoc etiam concedit Auic. primo cantico*
6. epid. *rum tract. primo tex. 81. 82. & idem Auic.*
com. 5. tex. com. 5 *x. terti inde iuuamento pulmonis & cap. pri
mo AuenZoar primo Theisir tract. 13. c. 1.*

Qui d

Quid sit spiritus.

Spiritus vt testatur Gal. est corpus vaporosum, temperatum, generatum ex parte puriori, & subtiliori ipsius sanguinis, vel quod sit corpus æthereum, caloris facultatis quæ sedes, & vehiculum, primum quæ obeundæ functionis instrumentum, sed ex qua materia dicetis vos, generantur spiritus? hoc docet Gal. materiam generationis sumptam esse, ex inspiratione, & humorum exalatione: ex quibus quidem verbis colligo materiam ex qua generantur spiritus: dupli cem esse, prima est aer attractus per inspirationem, secunda est purior pars sanguinis. 7. ad vsu par. c. vlt. Fernel. lib. 4. de nat. medicina c. 2. 7. de placitis hip. & plat.

De prima mentionem fecit Gal. dicens, spiritus est substantia aerea. 1. de diff. feb. c. 1. & 2. li. de vtilitate respi. c. vlt.

De secunda loquitur Gal. dum dicit, spiritus, est vapor temperatus, eleuatus a puriori parte sanguinis. Lib. 6. de vsu part. cap. 17.

Et quod vtraque simul sit causa, & materia generationis eorum docet Gal. multis in locis. de vtilitate respir. cap. 5.

Nec alicuius momenti est ratio ipsius Auerrois, dum dicit nullum corpus nutritur elemento simplici, ergo non nutriuntur aere: Respondeo enim quòd aer quo nutritur 12. meth. med. c. 5. 11. meth. med. c. 3. 8. de vsu part. c. 6. 7. de vsu par. c. 10.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

spiritus, est mixtus, nō simplex, ex his infero, quod spiritus non est corpus simplex, sed corpus compositum, ex quatuor elementis, vt fatetur Galenus, verūtamen est, quod in tali mixto, dominatur caliditas, & ideo factum est; vt dicit Auic. & Galenus spiritus est calidior, res nostri corporis.

lib. de tremore c.6.

Quod si rursus quæratis, quo igitur loco ex tali materia generantur spiritus? hoc declarat Gal. quod spiritus vitalis generatur in sinistro cordis vētriculo ex aerea tracto per inspiratione, & depuratus a pulmone, & ex puriori parte sanguinis, quæ continetur in arterÿs, ideo in sinistrum cordis ventriculum, defertur arteria vt ibi deferat sanguinem, pro generatione spiritus uitalis spiritus vero animalis, generatur ex spiritu vitali, tanquam ex materia in capite, in illo involucro arteriarum, quod dicitur rethe mirabile, vt docet Galenus.

P.p. ca. de complex membrorum. 2 de tēp. cap. 3. 12. meth. med. c. 5.

2 de placitis Hip. & Plato ca. 3. & 8.

De necessitate spirituum in corpore nostro Cap. VIII.

QVænam igitur fuerit necessitas horũ spirituũ, ad hoc respondent Accademici, vt anima nostra vniretur corpori, Anima enim cum sit purissima, immortalis & diuina non poterat immediate, vniri huic corpori crasso, terreno, & mortali, ab ea longe distanti, cum ergo perspicerent fieri non posse: vt iste duæ naturæ, quam maxime dispares, sine aliquo medio idoneo, & conuenienti, societatem inirent coirentque & vnirentur, ideo censuerunt, animũ nostrum à summo rerum opifice conditum, prius quam emanaret, & vniretur huic nostro corpori, denso, & crass. crediderunt in ipso celesti descensu, corpore quodam illustri, puro, æthereo, & astro simili, tamquam simplici veste indui, quod quidem immortale sit, & nunquã ab anima dissolui posset, ab hoc deinde secundo loco, & aliud corpus animo circuniecerunt, quod quidem esset, veluti medium per participationẽ, inter primũ corpus immortale, & hoc nostrũ mortale, & corruptibile: hoc tamen secundum corpus cui, anima nostra vnitur

Plato in conuiuio. Alessa frodis ei9 in proble matibus Mercuri9 trismegistus in pimandro tex.x. Per sarũ magi Plotinus lib. 3. 4 eneadis capit. 15. Marsilius ficinus li. 18. de immortalitatẽ animarũ. cap. 4.

tenue quidem, & simplex, non tamen ita illustre, & splendidum, & immortale, vt primum corpus, sed corruptibile, generatum ex mixtione elementorum, ex purioribus tamē & nobilioribus partibus elementorum, vnde aereum, & æthereum appellatur, & merito immortalis anima per immortale corpus, mortali huic secundo corpori aereo ex tenuiorum elementorum mixtione genito coniungitur, & mediante postea secūdo corpore aereo, & mortali, cōiungitur huic crasso, & terreno nostro corpori: Quæ quidem duo corpora, quibus primo anima inhæret, spiritus dicuntur sed primus celestis, & immortalis, secūdus mortalis, & elementalis, qui ex puriori parte sanguinis, & aeris atractu generatur: & per primum spiritum, anima coniungitur, secundo spiritui, tanquā per medium quia primus spiritus, est mediū per participationem, inter animam, & secūdum spiritum: est particeps secundi spiritus cum sit corpus, est etiam particeps animæ quia est immortalis: & postea per secundum spiritum, vt per medium, vnitur corpori nostro.

Melius tamen est dicere, necessitatem spirituum esse vt sint subiectum, & vehicu-

lum

lum caloris influentis, vt illum deferant ad omnes & singulas partes, nostri corporis, eo modo quo supra declarauimus. cap.6

Quot sint spiritus. Cap .IX.

GRauißima est difficultas, quot spiritus reperiãtur in humano corpore, eo quia cõmunis opinio fatetur, tres spiritus reperiri, vitalẽ in corde, animalem in cerebro, naturalem in epate: & Auuerroes exponendo locum Auicennæ, dicit Aristotilẽ & Galenũ posuisse hos tres spiritus: idẽ concedit Auenzoar: & probatur primo tres sunt partes ipsius anime, ex 6. de placitis Hipo. & Plato: cap.3. & 4. vt rationalis in cerebro irascibilis in corde, nutritiua in epate, ergo tres erunt spiritus, inseruientes his animabus: secundo Gal. ait iecur, esse principium facultat:s, non solum sanguinis & venarum, sed & caloris, qui est altricis facultatis principiũ ita vt velit Galenus, ab epate non solum oriri venas & sanguinem generari, sed et facultatem altricem emanare per totum corpus, sed sicut cor mittit facultatem vitalem per spiritus vitales, cerebrum animalem, per spiritus animales, ergo & similiter epar, debet mittere facultatem naturalem, per spiritus

Auic. 1. canticorũ. tra.1. tex. 81.82.83.

in 1 Theisir tract. 13.c.1. Lulius delfino in oue. de spiritu.

6. de placitis hip. & plat. c. 3. & 8.

Loco supra citato Auuer. 1. collig. c. 14 Conciliator diff. 59 Curti⁹ in primã primi. ca. de membris. Christophorus Auega li. 1. de arte medendi capit. 5. Galenus.

tus naturales, sicut etiam concedit. Auenzoar. Melius tamen, et tutius est dicere, dari solum spiritum vitalem, & animalem.

Spiritum vero naturalem in epate, non dari probatur, & primo quoniam Galenus 12. meth. med. cap. 5. dicit, animalis spiritus cerebrum velut fontem, esse, clare ostendimus, qui partim ex inspirando, partim ex eo quod retticularis plexus suppeditat, irrigatur, & alitur: vitalis spiritus non aeque euidens demonstratio erat, sed tamen in corde eum, & arterijs contineri, existimare alienum à ratione non est, qui ex inspirando, & sanguine nutritur: Quod enim naturalis quoque spiritus aliquis est, vtique is quoque in epate, & venis continebitur: ex quibus verbis dubitat Galenus, de spiritu naturali an detur, cum eum non ponat affirmatiue, sed condicionaliter quæ nihil ponit in esse: secundo Galenus docet refitere conualescentes, & dicit quod isti habent spiritus bonos, vt vitales, & animales: sed tamen in pauca quantitate, ita vt non in qualitate, sed in quanto deficiunt, nihil tamen dicit de naturali spiritu restaurando.

3. Tegni. 101. aut 108.

Tertio

Tertio Galenus, docens quomodo ſanguis in epate generetur dicit ſolum ſanguinem ibi generari, & nihil dicit de ſpiritu naturali, cuius ſignum eſt, non dari, quia ſi daretur: non videtur cur eius ibi non meminiſſet Galenus, & licet iſtæ ſint authoritates, quæ parum probant, tamen ſunt multi momenti, quia non videtur veriſimile, vt ſi daretur talis ſpiritus naturalis, quod fuiſſet prætermiſſus ab ipſo Galeno. 2 de nat. facult. c. 8.

Quarto ſi daretur naturalis ſpiritus, ea ratione eſſet, vt deferret facultatem naturalem alendi, ad omnes partes, vt nutriantur, & ſibi aſſimilent nutrimentum, ſed omnes partes noſtri corporis, nutriuntur & aſſimilant nutrimentum ex ſe, per proprium temperamentum, & propriam naturam, actuatam tamen ab influenti caliditate ipſius cordis, non eſt ergo neceſſarium; vt epar, ad illas tranſmittat calorem, & facultatem, quia vel calor cordis, vel epatis eſſet fruſtra: quod ſi dicas, non eſt fruſtra, quoniam & cor, & etiam epar, influit calorem, quia calor epatis, debilis

bilis est in alēdo, ideo indiget calore cordis, ut foueatur: sed contra, quia non sunt multiplicanda entia citra necessitatem.

Dicamus ergo, reperiri solum spiritum uitalem, & animalem: quod quidem sensu dignoscitur strictis enim, & ligatis arterijs, tunc arteriæ, non amplius pulsant, cum spiritus, obligamenta, libere nō possint permeare, deferendo facultatem vitalem: similiter, si fiat obstructio in ventriculis cerebri, ut cōtingit in Apoplexia & Epilepsia, quia, tunc spiritus animales, non possunt deferre sensum, & motum, homo est sine sensu, & motu, similiter si stricte, & arctissime ligati fuerint nerus & brachium, tunc erit sine sensu, et motu, quia spiritus nō defert virtutem animalem: sed non sic est de venis, quoniam & si venæ ligentur, adhuc tamen partes nostri corporis., quousque habent nutrimentum, nutriūtur, quia spiritus non defert naturalem facultatē; unde dicebat Auerrois, quod per sensum non apparent nisi duo spiritus: Ad rationes in oppositum adductas Respondeo ad primum nego consequentiam, sunt tres partes animæ, ergo tres spiritus.

1. Colliget. c. 14.

Ad secundum dico, quod, ibi Galenus nō dicit,

dicit, epar esse principium caloris & eũ trãsmittere ad partes, sed solum dicit, esse principium caloris venarum, & sanguificationis quam habent venæ ab epate: possumus etiam dicere, epar esse principium nutritionis, non quia transmittat vim alendi, & nutriendi, ad omnes partes, sed quia est principiũ sanguificationis, & in eo generatur sanguis, ex quo omnes partes nutriuntur.

Licet ergo Galenus duos concedat spiritus, vitalem, & animalem, melius tamẽ, & tutius est affirmare, vnum tantum spiritum in nobis reperiri: qui pro vt inseruit facultati vitali dicitur vitalis, sed prout inseruit, operationibus animalibus, dicitur animalis, qui tamen idem est, secũdum substantiã mutatus tamen secũdum qualitates, quia prout est instrumentum vitalium operationũ, calidissimus, & feruens est: sed idem spiritus vitalis, in cerebro nempe in illo rethe mirabili refrigeratus, inseruit operationibus animalibus.

De

De temperamento ipſorum ſpirituum. Cap. X.

1.1. ca. de complex: membrorum.

1.1. ca. de elementis

Plato in phedro.

In pimandro tex.x.

Marſilius Ficinus.

Fernelius lib. 4. de nat. med. cap.2.

QVæ nam ſit natura, & complexio ipſorum ſpirituũ docet Auic. his verbis: Quod in corpore calidius eſt, eſt Spiritus: & qua ratione dicetis vos, ſunt ita calidi ſpiritus? Reſpondit Auic., quia ſunt igneæ naturæ, & fuit etiam ſententia Platonis, vt teſtatur Galenus. 8. de vſu partium, fuit etiã ſententia Mercurij trimegiſtri.

Galenus etiam 2. de temp. c. 3. dicit ſpiritum, eſſe calidiſsimum adeo vt ſi ponetur digitus, in ſiniſtro cordis ventriculo non poterit tollerare ingentem eius caliditatem ob ſpiritum calidiſsimum, qui ibi continetur.

Tractatu 1. de virib. cordis. c. 2

Hic tamen occurrit difficultas, quoniam Auic. dicit, complexionem ſpirituũ eſſe perfectiſsimam, & temperatam, ſi eſt ergo tẽperata, non erit calidiſsima.

Cui reſpondeo quod ſpiritus hominis, eſt temperatior omni alio ſpiritu cuiuſcunque animalis, & habet complexionem magis ab extremis diſtantem, ideo eſt productiuus

nus, perfectißimarum operationum, & magis, quam spiritus aliorum animalium, & sic dicit spiritus hominis esse temperatißimos & minus distare ab extremis, idest temperatiores esse, spiritibus aliorum animalium, sed prima primi comparat Auicenna ipsos spiritus, ad alias partes nostri corporis, & ad cutim, & sic dicit respectu aliarum partium, & ipsius cutis esse calidißimos, spiritus ergo hominis, perfectiores sunt, & magis temperati, quam spiritus aliorum animalium: & inter homines, qui habent meliores spiritus, melius sunt intellectiui, ideo dicit Galenus quod perfectio intellectionis, non consistit in multitudine, & quantitate spirituum, sed in eorum qualitate, & Arist. dicit, quod puritas, & sinceritas sanguinis facit ad prudentiam, quia ab eo eleuantur spiritus puriores: vel dicatis secundo quod Auic. lib. de viribus cordis, non loquitur de spiritu in se, sed de spiritu coniuncto cum ceteris membris nostri corporis, vt dicat, spiritus est temperatus idest complexio hominis, quæ resultat ex admixtione spirituum est tēperatißima, quia spiritus sua maxima caliditate cōtemperat ceterarū partiū

8. de vsu Part. c. 13.

2. de part. anim. c. 4.

Curti[o] in 1. 1. Auic.

frigidi-

frigiditatē, & ideo dicitur spiritus tēperatus quia est causa, vt corpus sit temperatum cū, hoc tamen stat, quod spiritus solus per se sumptus, sit calidissimus: vel melius dicamus quod nulla est contradictio vt spiritus sit calidissimus, & sit temperatus, quia dicitur tēperatus, quoad iustitiam. illa autem intensa caliditas, non dicitur intemperies, quia conuenit spiritibus, pro suis operationibus exercendis & ideo licet sit calidissimus, dicitur tamen temperatus quoad iustitiam.

aut. horis. solutio.

Dubitatur tamen, quia non videtur vera ista propositio, quod spiritus sit calidior res nostri corporis.

Primo quia bilis calidior est res nostri corporis, ex Galeno: secundo spiritus est vapor sanguinis temperatus, vt docet Gal. 7. de vsu part. cap. vltimo.

lib. de malitia diuersę cōplex. cap. 5. 2. de tēp.

Tertio febris sanguinea, & colerica calidior est febre ephemera, ergo & sanguis, & bilis, calidior est spiritu.

Quarto spiritus generatur ex vapore sanguinis, sed vapor sanguinis, aqueus est, ergo non calidissimus.

Quinto spiritus difunditur per totum corpus, & tamen non percipitur maxima caliditas.

Sexto

Sexto medicus tangens pulſum ſani, nō ſentit fortem calorē, & tamen arteria quā tangit, eſt plena ſpiritu.

Primo de temp. in fi ne.

Augetur difficultas, quoniam Galenus dicit, ſanguinem calidiorem eſſe, omnibus quæ ſunt in corpore humano.

Pro reſolutione huius difficultatis, notandum eſt, calidum eſſe in duplici differentia, ex Ariſt. aut calidum per eſſentiam, vel calidum per participationem. primo modo vt ignis, qui dicitur primus calidorum: ſecūdo modo vt aqua feruens, & hoc ſecundo modo ſanguis dicitur calidus per participationem, nempe ratione ſpirituum, qui continentur in ſanguine: ex his dico quòd inter membra calida per participationem, ſanguis eſt calidior: ſed inter calida per eſſentiam, ſpiritus eſt calidior, & ſic contra dictio nulla.

Secundo de part. ani. cap. 3.

Spiritus ergo eſt calidior pars noſtri corporis: probatur primo quoniam ex Galeno & Auerroe, ſenſu tactus, nulla pars indicatur calidior, quod patet, quia digitus non poſſet tollerare, ingentem caliditatem ſiniſtri ventriculi ipſius cordis, vbi conſeruantur, & generantur ſpiritus.

Secundo de temp. cap. 3. Secundo colliget.

Secundo non eſt pars in nobis, tante mo-

Art.2. cel.42.

Prima primi cap.de virtutib.

Aristotel. 13. part. proble.5. art.

3.de virtutib.natur. cap.14.

Cap.6.

bilitatis, & tam subite, vt sunt spiritus, hoc autem indicat calorē: motus enim est aptus ignire, lapides, & ferrum, calidi enim est mouere, frigidi quietare, & paraliticare res, vt dicit Auic. & Ari.

Tertto spiritus est ignee naturæ calidissimus.

Quarto ex Gal. spiritus est leuissimum quòd est in nobis, ergo calidissimum. quia leuius videtur sequi caliditatem: est ergo spiritus calidissimus, quia est subiectum, & vehiculum caloris influentis, vt diximus supra.

Ad rationes vero in oppositum adductas facile est respondere, & ad primum, quòd Galenus, comparat bilem, ad alios humores & non ad spiritus, & sic concedo bilem calidiorem esse alijs humoribus.

Ad secundum nego consequētiam, quia licet spiritus sit calidissimus, ista caliditas sibi competit pro suis operationibus, ideo dicitur temperatus quoad iustitiam.

Ad tertium dico, quòd spiritus intensiue calidior est bile, idest spiritus habet plures gradus caloris, sed extensiue, quoad operari magis excalefacit bilis, & sanguis, quia in eis caliditas est in subiecto densiori, spiritus

ritus autem est tenuissimus.

Ad quartum dico, quòd vapor humorum, ex quo generatur spiritus, non est aqueus, sed aereus.

Ad quintum dico, quòd non sentitur calor magnus, quia non sunt in membro sensibili: secundo quia clauduntur arterijs, & a frigiditate arteriarum, & partium adiacentium, temperatur eorum caliditas, tertio calor spirituum, est in subiecto valde raro, quarto quia calor spirituum, est assuetus corpori, & ab assuetis non fit passio.

Ad sextum dico, vt ad quintum.

Dicamus igitur, cor transmittere influentem calorem, subiectatum in spiritibus, ad omnes, & singulas partes nostri corporis, ad augendum innatum calorem debilem, partium similarium, transmittit autem hunc calorem influentem per arterias, quæ quidem arteriæ, ortum ducunt à corde: est autem arteria, corpus oblongum, rotundum, ad instar canalis factum duabus tunicis consistens, à sinistro cordis ventriculo incipiens, per totum corpus diuisum, spiritum vitalem, aerem, & sanguinem purissimum continens

Prima primi cap. de membris. *quæ arteriæ innata cõplexione frigidæ sunt, vt docet Auic. quia sunt substantiæ neruosæ, siue ligamentalis, aut panniculosæ, quæ omnia frigida sunt, sed influenti complexione scilicet calefactione quam recipiunt à spiritu, & sanguine in eis contento, sunt calidæ.*

An pueri calidiores sint iuuenibus cap. xj. vbi exponitur 14 aph. primæ part.

Essentiam innati, & influentis caloris, hactenus declarauimus, reliquum nũc igitur est, anima aduertere, an corpora nostra perpetuo æque calida sint, vel quod secundum diuersitatem ætatum, diuersus gradus caloris in nobis reperiatur, & quoniam maxima difficultas est, de caliditate puerorum, ac iuuenum, quæritur ergo, quis nam istorum, calidior dicatur, iuuenis an puer:

Ad primum & principale quæsitum, an humana corpora perpetuo æque sint calida,
Primo aph. 14. *Respondet Hypocr. Qui crescunt plurimum habent calidi innati, quo quidem in loco diuidit Hypoc. ætatem, in duas partes, vt in ætatem augmenti, quæ durat toto illo tempore, quo augetur corpus: & in ætatem decrementi,*

menti, & est illa ætas, in qua corpora nõ amplius augentur, dicit ergo Hyp. quòd toto illo tempore, quo augentur, corpora calidiora sunt, quam eo tempore quo non crescunt.

Pro maiori tamen declaratione, videndum est quousque homines augentur, ad hoc vt sciamus quousque corpora calidissima sint: cui Respondeo augeri corpora nostra, vsque ad finem iuuentutis, & eo vsque calidiora esse, quam in ætatibus subsequentibus, nempe consistentia, & senectute, secunda ratio, cur pueri, & iuuenes calidiores sint quã consistentes, & senes, quoniam vt docet Galen. minus distant à principijs suæ generationis, nempe à semine, & sanguine, quæ cũ calidissima sint, ideo pueri, & iuuenes, quia ab eis minus distant, calidiores sunt. Primo de semine c. 5.

Esto igitur quòd iuuenes, & pueri, calidiores sint senibus, quæritur secundo loco quis nam calidior sit, iuuenis an puer.

Difficultas est valde grauis, & primo videtur, quod pueri calidiores sint, quoniam crescunt, incrementũ autem fit à forti calore, secundo quia operationes naturales, vt concoctio, & appetitus, meliores sunt in pueris: de appetitu patet, quia continuo esuriunt de digestiua etiam patet, quia pueri dige-

runt cibum pro nutritione, & restauratione, deperditi, secundo pro eorum augmento, sed iuuenes digerunt pro sola nutritione.

Tertio pueri minus distāt à principijs suæ generationis, quam iuuenes, ergo sunt calidiores.

Non laudo tamen hanc opinionem, quādo facile est respondere, ad rationes in oppositum adductas: &

Ad primum possumus respondere augumentum non esse à calido, sed ab humiditate, nam multa humiditas, reddit materiam magis extensibilem in omni dimensione.

Ad secundum dicamus, appetitum nō arguere caliditatem, sed frigiditatē, cuius rei, signum est, quòd appetitus caninus sæpius cōtingit à frigiditate, maximum ergo desiderium, quòd est in pueris, arguit diminutionem caloris.

Prima pri mi cup. de ætatibus Gal. 2. de temp. c. 2.

Ad tertium dico à principio debilem calorem esse, & apparere, augeri vero vsque ad iuuentutem, deinde decrescere.

Alij crediderunt, vt refert Auic. & Galenus fortiorem calorem, reperiri in iuuenibus, quam in pueris, & sic probant primo. Quicunque plus habent sanguinis, plus

plus habent etiam caloris, sed iuuenes plus habēt sanguinis, quam pueri, ergo sunt calidiores: maior est Aristot. minor vero, ipsius Galeni, dum dicit, in iunioribus triginta quinque annum agentibus, per hanc ætatem, sanguis plurimum abundat, & facultas valentior: & calor exuberans, idem fatetur, Hipocra. magis expectare oportet sanguinis eruptionem, in minoribus natu triginta quinque annum agentibus, in maioribus vero natu, suppurationem, & ibi Galenus in Commen. dicit, in iuuentute plurimum sanguinis generatur: sed sic est, quod sanguis, est calidissimus, ergo ætas iuuentutis calidior erit.

2. de gen. anim. cap. 1. & 2. Gal. 1. pro gni. 37.

progit. 14.

Secundo iuuenes sunt fortiores, & eorum operationes sunt validiores, quam actiones puerorum, ergo sunt calidiores.

Tertio pueri magis dormiunt quam iuuenes, ergo sunt calidiores, quia somnus est refrigeratio primi sensiterij, & omnia quæ causant somnum, frigida sunt.

Quarto iuuenes colerici sunt, pueri pituitosi, ergo iuuenes calidiores, sed nec istæ rationes sunt alicuius momenti, quia ad primum.

Respondeo & concedo simpliciter, & absolute plus sanguinis reperiri in iuuene, quam in puero ob magnitudinem corporis, respectiue tamen, & in comparatione, comparando paruum corpus puerorum, ad magnum corpus iuuenũ, dico plus sanguinis, reperiri in puero: ad locum Hyp. & Galen. dico, non ob multitudinem, sed ob acrimoniam & malam qualitatem sanguinis fit maior eruptio in iuuene, quam in puero, quia in iuuene, sanguis acrior est, & mordax, sed in puero, mitis, & temperatus, vnde non adeo stimulat expultricem facultatem, ideo non erumpit.

Secundum probat, non multitudinem caloris, sed sicciorem esse, & acriorem, quia corpora iuuenũ, sicciora sunt, ideo fortiora, pueri ob maximam humiditatem, imbecilliores sunt ad motum.

Pro declaratione igitur huius rei, considerandum est quòd cum calidum innatum, duo dicat, primo calorem, secundo subiectũ, Secundo de temp. cap. 2. *dico ad mentem ipsius Galeni, quod quo ad calorem, æqualis caliditas, & æqualis gradus caloris est in pueris, ac iuuenibus, quod tactu cognoscitur dicit Galenus.*

Si vero nos loquamur de subiecto, cum subiectum huius caloris, sit humidum radi-

cale,

tale, seu substantia magis humida partium similarium: & cum plus humidi radicalis, sit in puero, quam in iuuenibus, ideo ratione subiecti, dicimus plus calidi innati, esse in pueris, quam in iuuenibus: & si queratis, cur maior copia humidi radicalis sit in pueris.

Respondeo quoniam corpora puerorum, indigent maiori humiditate, pro eorum augmento, & magis quam iuuenes: secundo quia corpora nostra perpetuo exiccantur: quod si dicas corpora iuuenum maiora sunt, quam corpora puerorum, ergo in eis reperitur maior copia humiditatis, ob corporis magnitudinem.

Dico quod simpliciter, & absolute, ob corporis magnitudinem, maior copia humidi, reperitur in iuuenibus: respectiue tamen, & secundum proportionem, maior copia humiditatis, reperitur in paruo corpore puerorũ, quam in magno iuuenum, secũdo dico quòd subiectum caloris verum & proportionatũ, non est omne humidum, sed est humidum radicale, quòd quidem in maiori copia reperitur in pueris, quam in iuuenibus, quoniam humiditas quæ reperitur in iuuene, & quæ de nouo in eis generatur est acquisititia, generatur ex alimentis, & non est radicalis,

pura,

pura, & sincera, & ideo concedo maiorem copiam humiditatis, reperiri in iuuenibus, non tamen est humidum radicale.

Ex his omnibus infero, quòd cum caliditas puerorum sit in subiecto magis humido, & temperato, hinc etiam factum est, vt eorum caliditas, ad tactum ratione subiecti, appareat mitis, blanda, & suauis; eadem vero caliditas, cum in iuuenibus sit in subiecto sicciori, & arido, ideo apparet acris, ignea, & mordax, vnde factum est, vt ratione subiecti, sit etiam
2.collig. cap.1. *magis actiua, & validior. Insurgit Auerroes contra Galenum, probat enim non esse æqualem gradum caloris, in iuuene, ac puero sic: Actiue qualitates, intenduntur, & remittuntur secundum intensionem, & remissionem passiuarum qualitatum, sed in in puero, & iuuene, passiue qualitates, vario modo se habent, ergo & caliditas erit diuersa: minor probat, quia iuuenis siccior est puero.*

Quod si dicas ad tactum, apparent æque calidi, Respondet Auerroes, quod licet in iuuene, facta sit maior resolutio innatæ caliditatis, & magis quàm in puero, quia tamen in iuuene, addita est altera

ra

ra caliditas acquisititia, cum sit cholericus, ideo rōne huius acquisititiæ caliditatis, apparet ad tactum æque calidus, ac puer.

Respondeo, & concedo, ad intensionem passiuarum qualitatum, intendi etiam actiuas, & sic fateor extensiue, quoad operari plus calidi reperiri in iuuene, quàm in puero, ob densitatem subiecti, & siccitatem, sed intensiue non variatur, sed eadem est caliditas in vtrisque: sufficit ergo vt extensiue varietur. Authoris solutio.

Vel dicatis, vt dicit conciliator, quòd Galenus, & Auicenna non intendunt caliditatem puerorum, & iuuenum esse omnino æqualem in gradu, sed esse fere æqualem in gradu, et parum distare, & quòd magis cōueniant in gradu caloris, pueri, & iuuenes, quam pueri, & senes. differen. 27.

Thomas etiam de Garbo, arguit contra Galen. sic acuties in calore, prouenit vel ex intensione in gradu, vel ob terrestreitatem, & siccitatem subiecti: quomodo autem potest scire Galenus, quòd ille calor acutus in iuuene, sit ob siccitatem materiæ, & non ob intensionem gradus caloris. Qōne propria.

Secundo oīa signa, quæ sunt ad probādū, quòd biliosus sit calidior flegmatico, sūt ī iu-

uene in respectu pueri, ergo iuuenis est calidior puero, antecedens probatur, quia signa corporis biliosi sunt vrinæ tinctæ, pulsus velocior, vigiliæ, facillime incurrunt in morbos acutos, & biliosos, vt dicitur 3. apho. & ad tactum apparet eius calor, acutior, si tollas hæc signa, non est modus ad probandum quòd biliosus sit calidior flegmatico, cum ergo ista signa sint in iuuene, & non in puero, ergo iuuenis erit calidior puero.

Aph. 30.

Secundo de temp. cap. 2.

Respondeo vt dicit Galenus qui habet sensum tactus optimum & exquisitum, & bene experimentatum, hoc facile potest cognoscere, quia ex contractu aquæ calidissime, frigidissime, & tepide, & aliarum rerum simili modo, vt in lapide, in aere, ligno, & ferro, licet caliditas in his omnibus sit æqualis in gradu, in lapide tamen, & ferro, mordacior erit, quam in aere, & aqua, quare secundum istam experientiam facile erit iudicare, quando caliditas acrior sit, quia sit intensa, vel ratione densitatis subiecti.

Curtius in prima primi Aui cen. de ætatibus.

Ad secundum dico, quod si comparemus iuuenem biliosum, ad iuuenem flegmaticũ, tunc illa signa sunt certissima, sed non sic est si comparas iuuenem, ad puerum, quia dum comparas iuuenem, ad iuuenem membra

bra sunt æqualia in temperamento, sed comparando iuuenem ad puerum, argumentum non valet, quoniam concedo quòd iuuenis habet plus bilis, quā puer, tamen iuuenis habet plus de membris frigidis, quam puer, remittentibus caliditatem bilis, in puero autem minus debile, & minus de membris frigidis, si dicas pulsus iuuenum maiores sunt, quam pulsus puerorum ergo iuuenes sunt calidiores: antecedens est notum, consequentia est Galeni: secundo Ari. quarto de gen. anim. cap. 2. dicit, si pueri generant, generant fœminas, ob debilem calorem.

Li. de pulsibus ad Tirones ca. de causis pulf.

Respondeo ad primum in iuuenibus, pulsus magnos esse, ex amplitudine arteriæ: & sunt vehementiores, ob siccitatem, & duritiem, quia cum vehementia, iungitur siccitas, & durities, arteriæ: vel dicamus verum esse, comparando puerum, ad puerum vel iuuenem, ad iuuenem, quòd ille qui habet maiorem, vel vehementiorem pulsum est calidior, sed comparando iuuenem, ad puerum non valet, quoniam iuuenes, habent pulsum magnum, non per solam caliditatem, sed ob magnitudinem arteriæ, & siccitatem.

Ad secundum dico in pueris, debilem esse calorem extensiue, in operando nō autem

intensiue, quia eorum nimia humiditas pro hibet, ne multum possit operari.

An ventres hieme, & vere, natura calidissimi sint: vbi exponitur 15. Apho. primæ par. Cap. XII.

1 Apho. 15. *CVM humana corpora, actu calida, naturali calore sentiantur, quæritur igitur, an omni tempore anni, humana corpora, æque calida sint. Cui respondens Hipocrates dicit, VENTRES, Hieme, & vere natura, calidissimi sunt.*

Pro cuius quidem rei maiori declaratione, explicandi sunt termini, huius propositionis, nempe quid Hipo. intelligat, per ventres, & per natura calidissimos.

Secundo quare hieme, & vere, calidiores sint, quàm cæteris temporibus.

Quoad primũ dico, per ventrem, intelligere omnes internas cauitates, vt cerebri, cordis, epatis, ventriculi, intestinorum venarum, vteri, & reliquorum viscerum, ventres igitur, natura calidissimi sunt. i. calidi

sunt

ſunt, naturali calore.i.innato calido, & cũ innatum calidum, vt temperamentum ipſarum partium ſimilariũ, & temperamentũ dicatur ſubſtantia; & natura earundẽ partium ſimilarium, ideo hic ab Hip. dicitur natura: quod autem temperamentum, ſit natura partis, docet Gal. ſed quod innatũ calidum, ſit natura ipſarum partium, nec dari aliam naturam primo Apho. 15. Quibus explicitis, vidẽdum eſt, qua ratione factum ſit, vt vẽtres, hieme, & vere calidiores ſint, quam in alijs temporibus, cui reſpondeo, quod hiems frigida eſt, vnde à frigiditate aeris ambientis, pori ipſius cutis conſtipantur, quibus ſic conſtipatis, pauca fit caloris reſolutio, ſed totus ad internas partes retrocedit, & per andipariſtaſim fortior fit vnde Ariſt. reddens rationem, cur in hieme, calor augeatur, dicit quòd frigus per accidens calefacit, nempe per andipariſtaſim, & Auerroes dicit, quod frigiditas, calorem contemperat, & eum conſeruat prohibẽdo eius exalationẽ: ſed quomodo dicetis vos, frigiditas per accidens, auget calorem, reſpondeo quoniam calor naturalis, ſentiens extrinſecum frigus, intus remeat, & vires colligit, vt extrinſeco frigori reſiſtat,

3. de tẽp. & 2. Aph. com34.

8. Phiſi. 8. 1. methau. 13. 1. par. Embl. 23. 4. methauro. com. 8

resistat, sicuti eadem ratione, videmus puteorum aquas, hieme calidas esse estate frigidas calore in hieme ad centrum refugiente, estate vero, ad suum affinem, nempe ad calorem ambientis proficiscentem.

nota tamen, quod naturalis calor, qui hieme per andiparistasim retrocedit ad internas partes, & fit fortior, non est calor innatus, cum iste calor fixus sit, & permanens, in singulis partibus, nec sit mobilis: sed intelligitur de calore influenti, qui cum mobilis sit, & hieme ratione frigiditatis ambientis, nō ita diffundatur ad externas partes, sed remaneat in partibus internis, ideo fortior factus, & magis vnitus, reddit ventres, & internas cauitates, calidiores quoniam ille calor influens qui debebat diffundi ad exteriores partes, ratione frigiditatis aeris ambientis, aut non diffunditur, aut parum, ideo maior portio huius caloris influentis remanet in partibus internis.

Aph.15. *Quod si dicas, hic Hyp. in apho. dicto, loquitur de calore innato, quod hieme fortior, & validior sit.*

Respondeo quod calor innatus, dicitur maior, aut minor, secundum quod magis: aut minus augetur à calore influenti: & secundum

dum quod magis, aut minus, augetur à calore influenti: unde cum hieme, in corporibus nostris, occasione dicta maior copia caloris influentis adiungatur calido innato partium internarum, ideo dicimus calorem innatum, illarum partium, hieme intensiorem, & fortiorem esse.

Sed non videtur verum, quod ventres, aut humana corpora hieme calidißima sint, primo quoniam docet Hipoc. Naturarum hæ quidem ad hiemem, hæ vero ad æstatē, bene, maleue se habēt: et alibi testatur senes salubrius degere æstate, quā in hieme. 3.Aph.2 3.Aph.18

Secūdo si hieme vētres essent calidiß. naturali calore, fierēt in hieme optimè cōcoctiones, et tamen nō est verū, qa hieme, generatur maxima copia pituitæ, q̄ generatur à debili calore, & diminuta concoctione, & magna ex parte, morbi in hieme sunt pituitosi.

Pro declaratione huius rei, debetis animaduertere, sententiam ipsius Hipocratis, quòd ventres, hieme calidißimi sint, non vniuersaliter vera, cum multa sint animala, quæ in hieme habent ita paucum, & debilem calorem, vt quando quæ à frigiditate ambientis, in hieme, superetur, & extinguatur, vt ea sunt anima- 1.Aph.15

 lia,

lia quæ hieme latēt in cauernis, absque sensu, & motu, & mortuis, quam simillima, quædam etiam omnino moriātur, quare sententia Hipocratis, est intelligenda de corporibus calidis, habentibus multam copiam spirituum, caloris, & sanguinis, in his verum est, quod hieme, sunt calidiora, per andiparistasim, & in eis non multiplicatur pituita, & ea pauca quæ generatur, generatur in cerebro: sed maxima copia pituitæ, generatur in hieme, in illis corporibus quæ non sunt multum calida, de quibus hic non loquitur Hipocrates: & ideo concedo, quòd senes, & multa corpora, & animalia, in hieme non sunt calidiora, sed magis refrigerantur.

Ad secundum non laudo, illorum solutionem, qui dicunt hieme generari pituitam, ratione alimentorum, quibus frequenter vtimur in hieme, qui cum sint pituitosi, generant multam copiam pituitæ: sed non placet, cum doceat Hipocrates, hieme multiplicari pituita, non ratione ciborum, sed ratione tēporis, quia scilicet hiems frigida est, & humida, quoniam ex cibis pituitosis, non solum in hieme, sed quocunque tempore generatur pituita.

1. de nat. hum. 37.

Vel

Vel dicatis, quòd licet hieme, ventres interiores calidi sint, superiores tamen frigidi sunt, vt cerebrum, quòd à frigiditate extrinseca, ob caloris paruitatem, multam generat pituitam, quæ ad ventriculum deinde transmittitur: vel dicamus, & melius, quòd Hipocrates loquitur de corpore temperato, optime sano, validißimo, & proprio temperamento multum calido, in quo non generatur multa copia pituitæ in hieme, cum sit calidißimum, sed in corpore male sano, & parum calido, multiplicatur pituita in hieme, sed de his non loquitur Hipocrates. Apho. 15

Duabus igitur seruatis conditionibus, quòd hiems propriam seruet constitutionem (quia posset esse adeo frigida, vt extingueret calorem innatum.)

Secunda, vt corpora sint robusta, & sua natura multum calida, semper erit verum, quod in hieme, calidißima sint, & magis, quam cæteris temporibus.

Secundo loco considerandum est, quare etiam verè dicat Hipocrates: ventres calidißimos esse, & magis quam æstate, & autumno.

D 2 *Respon*

2. de temper, c.penultimo. *Respondet Galenus, quia cum caliditas veris, sit temperata, mitis, & similis caliditati naturali, ideo illam auget, & conseruat, cum simile conseruetur, & augeatur, à suo simili, & sicuti fomentis calidis, & humidis, temperatis, augetur calor innatus, ita, & à caliditate veris temperata, augetur calor innatus, sicuti à caliditate æstatis ignea, destruitur, & resoluitur, et si rursus quæratis, quo tempore calidiores sint ventres, hie me, an vere.*

1. Aph. 15 in introductorio pulſ. c. 9. *Respondeo hieme calidiores esse, vt docet Hipo. qui posuit ver secundo loco, quòd si dicas docet Galenus, vere pulsus maximos esse, et vehementes, cuius rei causam reddens Galenus 3. de caus. pulsis, cap. 6. dicit quód medio vere virtus est validissima, ergo calor in vere maior est, quam in hieme.*

Respondeo, vt quidam dicunt, eo locò Galenus loquitur de temperatis, quod vere habent calorem, et virtutem ualidissimam, sed qui sunt distemperati, tempore anni, sua temperaturæ opposito, melius se
3. aph. 3. *habent, vt docet Galenus: quare sententia illa non est vniuersaliter vera, sed solum*

lum in temperatis, vel dicatis, ibi fateri Galenum, vitalem facultatem, quæ pulsus facit validissimam esse in vere, sed Hipocrates Aphoris. 15 loquitur de facultate naturali, quæ cibos concoquit.

Vel tertio dicatis, quod vere calidi sunt per se, quia conseruatur, et augetur à simili: sed in hieme calidi sunt, per accidens per andiparistasim, et sic nulla contradictio.


Authoris solutio.

DE ADVENTITIO CALORE

LIBER SECVNDVS

SALVSTIO SALVIANO Medica Authore.

3, de causis pulf. c. 6. 6. Epidemi.com.4 tex. com. 25.



EPERIRI in corporibus nostris, ista duo calida, naturale inquam, & Aduentitium, docet Galenus, ad mentem ipsius Hipocratis, & cum hactenus disputauimus de naturali calore, reliquum nunc est, de aduentitio calore pertractare, & primo quae nam sit ista caliditas, quae Aduentitia dicitur; & cuius naturae, & vnde originem ducat. Pro cuius rei declaratione, primo notandum est, principia nostrae generationis, esse semen, & sanguinem, quae ambo se habent, vt causa efficiens, & vt causa materialis, nostrae generationis. Prout sunt causa efficiens, necesse est, vt à praedominio sint calida, cum vita consistat in calore, & calor sit principium

vitæ, & generationis, quoniam frigiditas, non ingreditur opus naturæ: sed prout se habent, tanquam materia, ex qua generantur omnes partes nostri corporis, necesse fuit, vt talia principia, in passiuis qualitatibus, à prædominio essent humida, quoniã si fuissent sicca, & dura, non potuissent extendi, & dilatari, & ex eis formari, & effingi diuersa membra nostri corporis, ideo fuit necessarium, vt illa duo principia essent à prædominio calida, & humida: hoc autem non aliunde est, nisi quia in eis dominantur elementa calida, & humida, nempe aqua, & aer, cum caliditas naturalis sit aerea.

Secundo nota, quod cum membra, tamquam ex materia facta sint ex semine, quod quidem fluidum est, & humidum si debent formari membra ex semine, cum sit nimis humidum, & molle, necessarium fuit, vt semen exiccetur, vt inde postea cum habeat quamdam sodalitatem melius, ex eo possint formari membra (quoniam ex materia nimis humida, vt ex aqua non potest formari aliquod corpus, & simulachrũ) non potuit tamen exiccari semen, nisi aut per appositionem multarum partium terre-

strium (sicut miscendo terram cum aqua fit lutum ex quo formantur diuersa simulacra) quod fuisset maximum inconueniens, duplici ratione, primo ne principia nostræ generationis essent adeo terrestria, vt inde homines compositi ex principio adeo terrestriore, essent terrestriores, quàm par sit, & essent tanquam animalia bruta: Secundo quia cum terra frigida sit, periculum est, ne sua frigiditate, corrumpat, vel saltim remittat, naturalem calorem aereum ipsius seminis.

Vel secundo potest semen exiccari, per appositionem multarum partium ignis, & hoc erat minus inconueniens: ideo natura miscet in semine, multum de parte ignea, non tamen tantam, vt torrefaceret, & plus iusto exiccaret ipsum semen, sed solum apposuit ipsius ignis in tanta quantitate, vt posset conuenienter exiccare illam superfluam humiditatem seminis, vt ex eo possint melius formari membra, & inde factum est, vt continuo ista portio ignea, quæ est in semine, continuo exiccet ipsum semen, & ideo quousque homines viuunt, continuo ista ignea caliditas, magis exiccat humidum radicale, ideo natura, mi-

ſcet cum ſemine paucam partem ipſius terræ, ratione dicta multum vero portionem ignis, & ſic illa duo principia, ſanguis, & ſemen, compoſita ſunt ex quatuor elementis.

Tertio nota, quod natura miſcet cum ſanguine, & ſemine portionem ignis, ſolum ratione ſiccitatis, quia natura non indiget niſi ſiccitate ignis, ſed quoniam in igne nō pōt ſeparari ſiccitas, à calore, & impoſſibile eſt, vt ſit ignis, quin ſit calidus, et ſiccus ideo impoſſibile eſt miſcere ignē cū ſanguine, & ſemine, quin reperiatur in illis ſiccitas, & caliditas ignea, vnde licet intentum naturæ, ſit ſolū introducere in ſanguine, & ſemine ſiccitatē ipſius ignis, quia tamen non pōt introduci ſola ſiccitas, ſine caliditate, ideo caliditas ignea dicitur introducta præter intentū naturæ, quoniā cū illa ignea caliditas ſit acris, mordax, deſtructiua, & corruptiua, nō eſt intēta à natura, et talis ignea caliditas introducta in ſemine, à natura, ſolū pro ſiccitate, dicitur caliditas Aduētitia, Acquiſititia, & non naturalis.

Quare caliditas Aduētitia, eſt caliditas ignea, introducta in ſanguine, & ſemine, præter intentū ipſius naturæ, ideo à Gal.

1. de diff *dicitur calidum spurium, & libro de tremo*
respir. c. 2 *re cap. 6. dicitur calidum generatione poste*
6. epid. cõ. *rius, & alibi ab eodem appellatur calidum,*
4. tex. cõ. 25. *acre, mordax, igneum, & non naturale, &*
3. de cau. *à natura alienum: & alio loco appellatur,*
pulſ. c. 6. & 1. Aph. *calidum acquiſititium, & aduentitium.*
com. 14. *Quarto nota quod iſta caliditas ignea, & aduentitia, cum de ſui natura ignis acris ſit, & mordax, & ſiccus, ideo perpetuo exiccat corpora noſtra, à principio noſtræ generationis, vſque ad extremum vitæ: quare neceſſitas ignis, in illis principijs non ſolum eſt vt exiccet ſemen, & ſanguinem, pro formatione partiũ noſtri corporis, vt diximus ſupra, ſed ſecundo eſt etiam neceſſarius, ne corpora noſtra, remaneant ita mollia, & humida, qualia ſunt quando generantur, quia non eſſent apta ad operationes, præſertim animales, vt ad motum, ideo pro robore, & fortitudine corporis, fuit neceſſarium, vt membra noſtri corporis exiccarentur, & cũ non poſſint exiccari, à caliditate naturali innata, vt quæ mitis ſit, & ſuauis, vt diximus ideo fuit neceſſarium, vt in omnibus partibus ſimilaribus reperiretur iſta portio ignis, ſeu ignee caliditatis, quæ exſiccaret ſuperfluam humiditatẽ ipſorũ membrorũ.*

Quinto nota, quod licet ex mixtione ignis, sequatur hoc commodum, quod exsiccatur superflua humiditas, tamen præter intentum ipsius naturæ, sequitur hoc inconueniens, vt ab illa ignea caliditate, destruitur, ac corrumpitur corpus, & eius temperamentum.

Ex his colligo, quod à principio nostræ generationis, reperiuntur in nobis ista duo calida, naturale, & acquisititium: calidum naturale, dominatur vsque ad finem vitæ: quam quidem Aduentitiam caliditatē, contrahunt corpora nostra à principijs suæ generationis, ex mixtione elementorum, ratio vero cur corpora nō amplius augeantur, talis est, quoniā licet corpora nostra, perpetuo exiccentur, & fiant sicciora, vsquequo tamen, moderate exiccantur eo vsque augentur: sed vbi immodice exiccentur, ab illa ignea caliditate, tunc membra nimium exiccata non possunt extendi, & augeri, quod etiā secundo comprobatur, quia in ætate, in qua corpora non amplius augentur, etiam omnes operationes debiliores sunt, vt in senibus, quia ibi diminuitur, & redditur debilis calor naturalis.

Calor Naturalis, & Aduentitius quomodo distinguantur. Cap. II.

SIcuti calidum naturale nõ erat simplex caliditas: ita & calidum Aduentitium duo dicit, calorem, & subiectum illius caloris: disputauimus hactenus de essentia huius caliditatis Aduentitiæ, & declarauimus esse caliditatem igneam: videndum igitur nunc est, an calidum naturale, & Aduentitium distinguantur ratione caloris.

1. Aphor. com. 14. & 15: 8. de placitis c 13. *Cui respondit Galenus, inuicem distingui, quoniam caliditas naturalis innata, est temperata, mitis, aerea, & suauis: caliditas vero Aduentitia, est ignea, acris, ac mordax, vnde vapores, qui eleuantur à calore Aduentitio, sunt fuliginosi, acres, & mordaces; sed qui eleuantur à calore naturali, sunt mites, aerei, & temperati.*

Tertio sicut calor naturalis dicitur principium omnium nostrarum operationum, vitalium, naturalium, & animalium, ita

calor

calor Aduentitius, dicitur destructiuus, & contrarius operationibus viuentis.

Reliquum nunc est considerare, quodnam sit subiectum, huius Aduentitiæ caliditatis. De subiecto caloris Aduentitij.

Secundo, an sicuti calidum naturale, & Aduentitium, distinguuntur in calore, distinguantur etiam ratione subiecti.

Quo ad primum respondeo calidum naturale, & Aduentitium ambo subiectari in eadem parte similari: & quomodo dicetis vos, duo ista calida diuersa subiectantur in eodem subiecto?

Respondeo, quod sicuti, ex sententia Galeni, idem medicamentum habet diuersas facultates, veluti est Rosa, quoniam licet Rosa, & similia medicamenta, ad sensum appareant similaria, reuera tamen habent partes diuersæ rationis, & ratione harum partium diuersarum, tale medicamentum diuersas, & varias habet facultates, idem contingit in partibus similaribus nostri corporis, vt diximus supra, quæ licet ad sensum appareant similares, re vera tamen compositæ sunt, cum in carne, reperiatur pars carnis magis calida, alia temperata, 3. de Simplic. med fac. cap. 14 & lib. 4. c vlt. Lib. 1. c. 6

altera

altera terrestrior frigida & sicca, & sic de osse, &c.

Ex his respondeo ad difficultatem, quòd cum in quacunque licet minima parte similari, reperiantur partes aereę, partes igneę, terrestriores, & aqueę, ideo licet ista duo calida subiectentur in eadem parte similari, vt in carne, non tamen sunt, in eadem parte carnis, quoniam calidum naturale innatū, subiectatur primo, & per se, in parte magis temperata ipsius carnis, calor vero Aduentitius, subiectatur in parte terrestriori, & sicciori, eiusdem carnis, & sic de cateris partibus.

De Calore febrili. Cap. III.

Licet igitur in corporibus sanis, ista duo calida Aduentitium, & naturale, perpetuo reperiantur cum tamen in febricitantibus, & alius calor (febrilis inquam) sentiatur, quęritur ergo, an calor iste febrilis, idem sit cum naturali, vel Aduentitio calore, aut sit tertius calor ab illis distinctus, quod quidem nunc à nobis declarandum est: & licet res ipsa adeo difficilis sit, vt cogar multis rationibus, recedere à communi

opinione, ita quoque spero, si rem ipsam bono, & leto animo consideretis, hanc meam nouam opinionem, futuram esse apud vos alicuius existimationis.

Quæritur ergo primo, an calor febrilis, distinguatur à calore naturali, cui quidem respondeo ista duo calida, inuicem distingui, & sic probatur primo caliditas naturalis, est longe diuersa à caliditate febrili, ergo inuicem distinguuntur antecedēs est Galeni, dum dicit essentiam innati caloris temperatam esse, mitem, & suauem, caliditas vero febrilis, vt idem Galenus fatetur, est ignea, acris, & mordax, & præter naturam, secundo operationes omnes, ab aliqua forma prodeunt, & formam illam à qua prodeunt manifestant, ex Arist. vbi ergo videmus, diuersas, & varias operationes cogimur quoque asserere, prouenire à formis distinctis: quare cum videamus, operationes naturalis caloris distinctas esse, ab operationibus caloris febrilis, cogimur affirmare, istas duas caliditates, inuicem distingui: has autem operationes varias esse, probatur, quoniam calor naturalis, est principium omnium operationum viuentium, sed febrilis calor destruit, & ledit sensibiliter,

1. Aphor. com. 14.
1. de rat. vic. cō. 18.
1. de diff. feb. cap. 1.
1. de rat. vict. com. 18.
Aristot. 1. de anima 16.

omnes

omnes operationes viuentium : Comprobatur hoc idem, ex excrementis, quoniam ea quæ excernuntur à calore naturali, sunt optima, cocta, bene olentia ; excrementa vero, quæ vi caloris febrilis excernuntur, sunt male olentia, fetida, acria, & mala : sed non solum ista duo calida distinguuntur, ratione caloris, sed etiam ratione subiecti : quoniam licet ambo subiectentur in omnibus partibus similaribus (quia febris occupat omnes partes) tamen caliditas naturalis, subiectatur, vt diximus in portione Lib.1.c.6 *magis temperata, & humida ipsius partis similaris : sed caliditas febrilis, cum sit ignea, acris, & mordax, subiectatur in parte terrestriori, & sicciori, ratione cuius talis calor apparet acris, mordax, & igneus.*

Calorem

Calorem febrilem, non diſtingui à calore Aduentitio, niſi ſecundum magis & minus.

Et febrem nihil aliud eſſe quam conuerſionem, & exceſſum caloris Aduentitij. Cap. IIII.

FEBRILEM calorem, diſtingui à naturali calore, & ratione qualitatis, & ratione ſubiecti, hactenus declarauimus: reliquum nunc eſt declarare, an diſtinguatur à calore Aduentitio, & non naturali.

Cui quidem reſpondeo febrem, & calidum Aduentitium, conuenire in calore, & in ſubiecto; in caliditate; quia vtriuſque caliditas, acris eſt, & mordax, & ignea.

Secundo conueniunt in ſubiecto, quoniam vtriuſque ſubiectum, eſt pars magis terreſtris, arida, & ſicca: ſi enim talis caliditas ſubiectaretur in parte temperata, & humida non ſentiretur acris, & mordax, ſed mitis, & blanda.

Cum ergo ista duo calida, conueniant in calore, & subiecte, dicendum est, distingui solum secundum magis, & minus: quare si caliditas febrilis non est tertia quædam caliditas, realiter distincta à naturali, & ab acquisititia, ergo necessario sequitur, vt sit vna illarum aucta, ita vt febris sit auctio caloris naturalis innati, aut sit auctio caloris acquisititij.

1. Aphor. com. 14. 15. & 16. 1. de rat, vict. com. 18. *Secundum communem opinionem, cui videtur assentire Galenus febris est auctio, & conuersio natiuæ caliditatis, in igneam naturam.*

Auth. opinio noua. *Melius tamen est affirmare, febrem esse cõuersionem, mutationem, vel excessum, Aduentitij, & non naturalis caloris, ita vt vbi calor acquisititius augeatur plus iusto, tunc dicitur febris: adeo vt febris nihil aliud est, quam excessus caloris Aduentitij.*

Hanc meam opinionem, comprobo multis rationibus.

Primo, calor febrilis, distinguitur à calore naturali, in calore, & subiecto, ergo non erit febris additamentum natiuæ caliditatis: antecedens comprobauimus supra; Cap. 3. *consequentia tenet, quoniam est impossibile, vt*

le, vt febris sit excessus natiui caloris, si distinguantur calore, & subiecto, cum ergo calor aduentitius, & febrilis idem sint, & in eodem subiecto, dicendum est febrem esse excessum, huius aduentitiæ caliditatis, quod autem calor febrilis, non sit in eodem subiecto cum calido naturali, sed in subiecto terrestri, & sicco probatur, quoniam actus actiuorum debent recipi, & fieri in subiecto bene disposito, & proportionato, febris est calor igneus, acris, ac mordax, ergo debet recipi, in subiecto disposito, sed subiectum ignei caloris, est terrestre, & siccum, ergo & febris debet recipi in tali subiecto, ergo in eodem subiecto, subiectatur calor Aduentitius, & febrilis, cum caliditas vtriusque ignea, sit & acris: quòd autem sit impossibile, febrem subiectari in subiecto calidi naturalis, docet Galenus dum reddit rationem, cur calor mitis sit, & temperatus, quia ait subiectatur in subiecto humido, & temperato: sicuti calor acris est, & mordax, quia subiectatur in subiecto terrestri & sicco. Cõtra ly. 1. Aphor. com.14.

Secundo, si febris est conuersio caloris, in igneam naturam, ergo talis mutatio, facilius, & melius fieri potest, in calore Acqui

stitio, quam innaturali, cõsequentia tenet, quoniam inter symbola facilior est transitus, & mutatio, quam inter diuersa, sed calor Aduentitius, & febrilis similes sunt, in
Cap.3.4 *calore, & subiecto, vt diximus, calor vero naturalis, & febrilis valde diuersa, ergo facilius, & citius, & melius, credendum est fieri istam conuersionem, & augumentum, in Aduentitium calorem, quam in naturali, cum facilius, & melius credendum est calorem Aduentitium, fieri omnino igneum, acrem, & mordacem, quam calor naturalis.*

Tertio hoc idem expresse, docet Gale-
6. epid. com.4. tex. com. 25. *nus, his verbis geminum in animalium corpore calidum agnouit Hipocrates, alterum quidem, quod ipse ingenitum vocat, essentiam in sanguine, sanguineisque visceribus repositam habens: Alterum vero acre, mordax, & igneum, sub quo genere & febris est, in multis pridem ipsius voluminibus declaratum fuit.*

Videte, quomodo his verbis dicit febrem, esse calorem Aduentitium, & illam connumerat inter calidum Aduentitium, & non sub naturali: & clarius infra dicit, sic concedit Hipocrates, in corporibus

nostris

nostris, calidum naturale, aliud vero quod sæpe acquisititium, interdum, & non naturale, nonnumquam, & à natura alienum vocatur quo calido in calentes, mordax, calidumque exalare atque idcirco, simul atque cutis densata fuerit, febre vexari contingit: Quemadmodum illi qui altero calido vberrime affluunt suppressa difflatione pleniores quidem fiunt, sed in febrem non incidunt.

Quid clarius, non ne his verbis manifestissime habet Galenus, dum dicit, quo calido in calentes, &c.

Vbi loquitur de calore Aduentitio, dicit, quod vbi augetur ex obstructione calor Aduentitius fit febris, sed vbi augetur calor naturalis, non fit febris, ergo febris est excessus, & mutatio caloris Aduentitij.

Quarto idem Galenus sic dicit, nempe quod insitum calidum, cui maxime corporea opera Hipocrates tribuit, igneum factum, non solum priora munera obire non possit, sed neque corpus nostrum alere, quod ipsius erat primarium officium, immo contra perdat, atque, vt ignis liquefaciat, nobis ratione contemplantibus, & corporis eliquationes aperuren

6. epid. com. 5. tex. com. 5

rurentibus febribus factas euidenter cernentibus apertum est : hæc Galenus : quibus verbis habet Galenus, febrem, non esse conuersionem natiui caloris in igneum, quando si natiuus calor, conuerteretur in igneum, sequeretur id quod hic dicit Galenus.

4. Aphor. 37. *Quinto Galenus exponendo Aphorismum Hipocratis, frigidi sudores, cum acuta febre mortem : dicit ibi Galenus distingui realiter innatum calidum, à febre, quia in febrientibus quandoque extinguitur calor innatus, febris tamen est intensissima, & augetur, ergo febris, non est auctio natiui caloris.*

1. Aphor. 14. & 16. 1. de rat. vict. com. 18. *Hæc tamen mea opinio, patitur grauissimas difficultates, & primo quoniam expresse contrarium docet Galenus, febrem esse conuersionem, natiuæ caliditatis, in igneam naturam: Cogimur igitur asserere, aut Galenum aliter, & secus sentire, quam nos, & esse alterius opinionis, vel si tueri velimus hanc nostram opinionem, esse ad mentem ipsius Galeni, debemus interpretari eius sniam : Pro quo nota, quod licet Galenus locis citatis in argumēto, fateatur febrem, esse conuersionem calidi innati, in*

igneum,

igneum, nunquam tamen alibi, vbi meminit essentiæ febris, hoc dicit, immo fauet nostræ opinioni, cum dicat, febrem esse calorem aduentitium igneum, &c.

Dico ergo ad Galenum, febrem esse mutationem aduentitij caloris, cum tamen calor aduentitius, & natiuus, subiectentur in eadem parte similari, vt in carne, osse, &c.

Ideo impossibile est, vt mutetur calor Aduentitius & conuertatur, & fiat magis igneus, & febrilis, quinetiam aliqua mutatio fiat, in calore innato, non tamen credendum est, tantam fieri mutationem in calido innato, vt mutetur in igneum, & hoc vult ibi dicere Galenus, quòd in febre etiã calor natiuus, per consensum aliquo modo alteratur, & mutatur à proprio temperamento, non tamen quod conuertatur in igneam naturam, vt perperam omnes, hactenus crediderunt.

Secundo dubitatur, quoniam etiam Hipocrates concedit, febrem esse conuersionem natiui caloris, in igneum, dum dicit Qui crescunt, plurimum habent calidi innati, senes vero modicum habent innati calidi, & hac ratione, in eis non fiunt acutæ febres: Gal. in Com. dicit, senes non labo- 1. Aph. 14

rare acuta febre, quia eorum calor innatus imminutus est, ergo sequitur quod febris sit conuersio natiuæ caliditatis, in igneam naturam.

Respondeo, quod acutæ febres, ortum ducunt à bile, & sanguine bilioso, calido, & cum in senibus generetur pauca copia bilis, hinc etiam factum est, vt in eis non fiant acutæ febres, & cum bilis generetur à naturali calore, qui in senibus debilis est, ideo generat paucam copiam bilis, vnde in eis non fiunt acutæ febres, et ideo non possumus deducere ex dictis ipsius Hipocratis, febrem esse conuersionem natiuæ caliditatis.

Tertio si febris non est conuersio natiuæ caliditatis in igneam, ergo in febribus, non lederentur operationes viuentium, cum fiant à calore naturali, qui per nos non mutatur.

Respondeo, quod licet calor natiuus, non conuertatur in igneum, in febribus tamen alteratur, & mutatur, eo modo, vt diximus ad primum ex qua alteratione, leduntur operationes viuentis in febricitante.

Quarto si est febris conuersio, & mutatio, Aduentitij caloris, ergo febris non est

morbus,

morbus, consequentia probatur, quia morbus ledit actiones primo, & per se, sed mutatio caloris acquisititij, non potest ledere primo, & per se actiones, cum actiones non fiant à calore acquisititio, sed à calore naturali.

Respondeo, quod licet febris, sit mutatio aduentitij caloris in igneum, tamen & calor natiuus, aliquo modo alteratur ad cuius alterationem, leduntur operationes, sed contra dicetis vos, ergo non leduntur primo, & per se à febre, quæ per nos est mutatio aduentitij caloris ad igneum, calor autem naturalis leditur, secundario, & non principaliter, & eo magis, quia alteratio natiui caloris, non dicitur morbus, nec febris, per nos, sed illa conuersio aduentitij caloris in igneum dicitur febris, ergo illa debet primo, & per se ledere actiones.

Possumus duplici modo respondere, primo, quod in febre, & calor naturalis, & calor Aduentitius, primo, & per se mutantur, & alterantur, & diuerso tamen modo, quia Aduentitius conuertitur in igneum, & multum mutatur, sed naturalis parum alteratur, ad cuius paucam

alterationem primo & per se leduntur operationes, adeo vt febris sit conuersio aduentitij caloris ad igneum, & alteratio natiui caloris: quare licet febris sit mutatio vtriusque caloris natiui, & aduentitij, cum tamen denominatio fiat à potiori, ideo dicitur conuersio, & mutatio aduentitij caloris, quia magis mutatur, quam natiuus calor.

Secundo dico non valere hanc consequentiam, calor aduentitius non est principium operationum viuentium, ergo illas non potest ledere primo & per se, quoniam omnis excessus primo, & per se ledit, & destruit temperamentum viuentis.

Quinto si febris est calor acquisititius, factus, omnino igneus, & auctus, ergo febris in corde accensa, non potest illico communicari ad partes omnes nostri corporis, cum tamen secundum Auicennam, & Galenum, febris sit calor extraneus, accensus in corde, expansus per totum corpus per arterias, & venas: consequentia probatur, quia calor acquisititius cum sit subiectatus in substantia terrestriori, & sicciori partiũ similarium, est caliditas fixa & permanẽs, & non fluxilis, aut mobilis, ergo non potest

transmitti

transſmitti ad alias partes ita ſubito, & de repente, vt transſmittitur calor febrilis: quod ſi dicas vbi calor aduentitius, ſubiectatur in parte terreſtriori, & ſicciori ipſius cordis, auctus fuerit, & mutatus in igneum, tunc per partem poſt partem, cõicatur cæteris partibus: iſta ſolutio nulla eſt.

Primo, quoniam iſta cõmunicatio, non poteſt fieri tam ſubito, ſed ſpatio multarum horarum: tum quia docet Galenus, & Auicen. hoc fieri, quia per arterias tranſmittitur ad ſingulas partes, ſed per arterias diffunditur tantum calor naturalis influens.

Reſpondeo quòd licet non dicatur febris, niſi prius accendatur cor, ideſt niſi prius, caliditas acquiſititia ipſius cordis, aucta fuerit, & mutata omnino in igneam naturam, non tamen, eſt neceſſarium, vt prius accendatur in corde, quam in alijs partibus, cum in febribus, quæ ortum ducunt ex obſtructione cutis, prius accendatur caliditas acquiſititia aliarum partium, quam cordis, cum ab illis vaporibus detentis ſub cute, ex obſtructione, eleuentur vapores acres, qui delati ad cor, accendunt ipſum cor, quare videtis in his febribus, prius febrem accendi in alijs partibus,

quam

quam in corde (licet non denominetur febris nisi prius quàm cor fuerit accensum) ergo non est necessarium, vt perperam credidit Auicenna, & communis opinio, quod omnis febris, & calor febrilis, à corde communicetur singulis partibus nostri corporis, cum hoc tamen non dicat Galenus: Si tamē sequi volumus communem opinionem, quòd calor febrilis, per arterias communicetur omnibus partibus, dicamus ad argumentum, quod vbi calor Acquisititius ipsius cordis auctus fuerit, & factus omnino igneus, & febrilis, licet iste calor primo & per se, non possit transmitti per arterias, tamen per consensum, incalescunt spiritus vitales existentes, in sinistro cordis ventriculo, plus iusto, & alterantur à febrili calore, qui quidem sic alterati, transmissi ad singulas partes nostri corporis, per arterias, dicuntur singulis partibus communicare calorem febrilem.

Sexto, si febris est auctio caloris Acquisititij, ergo & senes, & decrepiti, citius, & facilius febricitant, quam iuuenes: consequentia tenet, quoniam corpora illa, in quibus est maior copia huius caloris acquisititij, citius accenduntur, & febricitant,

tant, quam corpora minus calida, sed in senibus reperitur maior copia huius caloris âcquisititÿ, quam in iuuenibus: ergo.

Maior patet, quia sicuti citius, & melius accenditur lignum aridum, quam viride, ita & corpora calidiora tali acquisititia caliditate, facilius accenduntur, & sic incurrunt febrem, si febris est auctio illius caliditatis: minor patet, quia vt diximus supra, in senibus dominatur caliditas ista non naturalis, acquisititia, seu saltim est valde aucta, & magis quam in iuuene.

Respondeo, non esse verum in senibus, reperiri maiorem copiam aduentitÿ caloris, quam in iuuenibus, immo minus, quia resoluitur, vel saltim eadem est, quod autem corpora senum sint sicciora, & duriora, hoc non est, quia augeatur illa caliditas ignea, sed quia longiori tempore sunt exiccata, dico igitur, quod caliditas ignea acquisititia minor est in senibus, quia continuo deperditur, & resoluitur, corpora tamen sunt magis sicca, quia longiori tempore sunt exiccata.

Secundo ex defectu optimi humidi, quod ob defectum naturalis caloris, in senibus reparatur in pauca quantitate, & malæ qualitatis, vnde corpora exsiccantur.

Febrem non esse calorem, aut simplicem caliditatem, vt perperam omnes, sed esse malam intemperiem calidam. Cap. V.

CVM febris sit affectus præter naturam, actionem lædens primo, & per se, videndum igitur est, cum affectus præter naturam sit in triplici differentia, vt morbus, causa morbi, & symptoma, quis nam affectus sit febris ipsa: quod autem non sit symptoma, inde patet, quia tria sunt genera symptomatum, vt actio læsa, qualitas mutata, & excrementum mutatum, febrem autem non esse actionem læsam, nec excrementum mutatum, nullam habet difficultatem: nec conuenit dicere esse qualitatem mutatam, nempe mutationem caliditatis, quia symptoma, quod dicitur mutata qualitas, non lædit actionem primo, & per se: Nec erit febris, causa ipsius morbi, cum

bi, cum causa morbifica non ledat actiones, primo & per se: sequitur igitur necessario, vt febris, sit morbus: sed cum adhuc morbus sit in triplici differentia, vt morbus partium similarium, secundo morbus compositarum, tertio morbus communis vtrisque partibus: primus dicitur intemperies, secundus morbus cōpositus, tertius solutio cōtinui.

Si ergo febris est morbus, quaeritur qualis morbus sit, cui respondeo non esse morbum communem, quia non est soluta vnitas: nec erit morbus compositus, cum morbus compositus diuidatur in prima quatuor genera, vt in quantitate, numero, figura, & situ, sed in febre, nec magnitudo, nec numerus, nec figura, nec situs ipsarū partiū leditur, ergo nō est morbus cōpositus, quare ex sufficienti partiū enumeratione, necessario seqtur vt febris dicatur morbus, quia sit intēperies partiū similarium: sed cum intemperies rursus subdiuidatur in quatuor genera, cum alia sit intemperies calida, alia frigida, sicca, vel humida, ergo febris cum sit intemperies morbosa, erit vna istarum: dico autem esse intemperiem morbosam calidam, quod patet ex nominis ethymologia, cum febris dicta sit à feruore.

Secundo

Secundo experientia, quotquot enim febre detinentur, calidissimos sentimus: quia tamen, non omnis intemperies calida, dicitur morbus nisi sensibiliter ledat actionem, & sit morbosa, ideo dicimus febrem, esse intemperiem calidam morbosam: quia primo, & per se ledit actiones.

Non tamen omnis intemperies calida morbosa, dicitur febris cum contingat sæpe sæpius fieri inflãmationem, & oriri malam intemperiem calidam, in aliqua parte nostri corporis sine febre, ideo cum hactenus declarauimus genus proximum, & propinquum ipsius febris, vt completam, & omni numero absolutam habeamus definitionem ipsius febris, reliquum est addere, propriam, specificam, & vltimam differentiam (cum omnis definitio constet genere, & differentia) quia sola differentia specifica, est illa quæ rem cuius est differentia, ab omnibus alijs separat, & diuidit, & ista sola conuenit definitioni, quia tamen istæ vltimæ, & specificæ differentiæ sunt ignotæ, ideo loco illarum, cogimur substituere alias differentias: & ideo cum propriam, & vltimam febris dif-

feren

differentiam non cognoſcamus, debemus ad aliam confugere, quæ ſit inſtar illius, & quoniam docet Ariſtoteles in definitionibus accidentium, loco differentiæ ponendum eſſe ſubiectum illius accidentis, cum accidentis eſſe ſit ineſſe: ideo cum febris accidens ſit, debemus, vt docet Ariſtoteles, in eius definitione, loco differentiæ ponere ſubiectum, ita vt ex genere proximo, & eius ſubiecto, fiat vera febris definitio: & quoniam ſubiectum ipſius febris, eſt ipſum cor, ideo dicimus; 7. Meta-ph. 17. & 19.

Febrem eſſe intemperiem calidã morboſam accenſam in corde: Quid ſit febris.

Ex eo, quia dico eſſe intemperiem morboſam, fateor ledere actiones primo & per ſe cum impoßibile ſit, vt ſit morbus, & non ledat actiones primo, & per ſe.

Hic tamen occurrunt, quam plurimæ difficultates circa iſtam definitionem, &

Primo febris eſt caliditas accenſa in omnibus partibus noſtri corporis, ergo non ſolum in corde.

Secundo, febris non ſolum eſt affectus calidus, ſed etiam ſiccus, vt docet Galenus, quare ergo dicis eſſe intemperiem calidam, & non etiam ſiccam. 1. Aphor. com. 16.

Respondeo ad primum principale, & adæquatum subiectum ipsius febris, esse cor, per accidens autem est, vt ista febrilis caliditas, quæ est in corde, extendatur, & diffundatur ad alias partes: ideo posuimus solum cor, tamquam proprium subiectum: nec est necessarium, vt in omni febre, ista caliditas febrilis, diffundatur ad singulas partes, cum in febribus pestilentibus, vt ego credo non diffundatur, vnde externæ partes apparent temperatæ, & naturaliter se habentes, & quandoque frigidæ.

Ad secundum concedo excedenti caliditati semper adiungi siccitatem, non tamen in omni febre, siccitas adeo augetur, vt perpetuo sensibiliter ledat actionem, & dicatur morbosa, vt in febre ephemera, quæ durat spatio 24. horarum, certum est in ea non fieri tantum excessum siccitatis, vt dicatur morbosa, & ledat actionem: quare solum in magnis febribus, adeo excedit siccitas, vt dicatur morbosa: cum ergo hoc non sit in omnibus febribus, ideo diximus solum febrem, esse intemperiem calidam, siccitas autem morbosa cum non reperiatur in omnibus febribus, ideo non est de essentia ipsius febris.

Sed

Sed maior erit difficultas, an febris sit mala intemperies: & ratio dubitandi est quoniam Galenus, Auicenna fatentur febrem esse calorem extraneum, accensum in corde, vel esse mutationem natiui caloris, &c.

Ergo si febris est calor, non erit intemperies, consequentia probatur, quoniam sicut temperies, & temperamentum non dicitur sola caliditas, nec frigiditas, &c.

Sed quid vnum ex his resultans, & compositum ex caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate: sic & intemperies dicitur mala quædam vnio primarum quatuor qualitatum, seu quid resultans, ex mala vniome illarum, vnde excessus caloris, seu mala caliditas non dicitur intemperies, sed vnum ex componentibus intemperiem, & destruentibus optimum temperamentum, ergo si febris est calor, non erit intemperies.

Secundo febris est morbus communis partibus similaribus, & instrumentalibus, ergo non est intemperies consequentia tenet, quia intemperies, non est morbus communis, sed solum est morbus partium similarium; antecedens probatur, quia in

bre leduntur actiones, & partium similarium, & instrumentalium.

Respondeo ad primum, quod licet febris, sit intemperies, est tamen intẽperies calida, in qua calor excedit, ideo impropriæ loquendo appellauit intẽperiem calidam, calorem, eo qua in illa intemperie calor excedit, vnde ab excessu, & prædominio, appellauit febrem calorem, licet reuera ille calor, non sit febris, sed causa ipsius febris.

Ad secundum dico in omni parte composita, reperiri partem similarem, quæ est causa actionis illius partis compositæ: & sic ad argumentum dum dicis, in febre leduntur actiones partium compositarum, ergo febris est morbus partium compositarum, nego consequentiam, quia valeret, si actiones partium compositarum, penderent à partibus compositis, sed quia sunt à parte similari, ideo ille actiones leduntur ex læsione partis similaris, & per accidens leditur pars compo-
1. Aphor. com. 16. *sita in febre.*

1. de. diff. morb c. 5. 8. meth. med. cap. 1. de diff. feb. 11. meth. cap. 2. *Sed quod febris non sit calor, sed intemperies calida probatur authoritate ipsius Galeni, qui multis in locis dicit febrem esse intemperiem.*

Secundo probatur ratione, quia si febris

esset

esset solus calor, & simplex caliditas, non esset morbus, consequentia tenet, quia morbus, aut est compositus, aut soluta vnitas, aut intemperies.

Tertio si esset simplex caliditas, non lederet actiones primo & per se, probatur quia sola intemperies hoc facit primo, & per se: sola autem caliditas, & eius excessus non ledit actiones, nisi quia destruit temperamentum, ergo non primo, sed secundario, prout est causa intemperiei, & febris.

Quod si quaratis, & cur potius febris dicitur mala intemperies calida accensa in corde, quam in cæteris partibus.

Respondeo dupliciter primo, quoniam cum secundum communem opinionem, febris occupet omnes partes, & febrilis caliditas debeat communicari omnibus partibus, ideo fuit necessarium; vt subiectaretur in aliqua parte, a qua postea diffunderetur ad singulas partes, sed hoc non potest fieri nisi à corde, cum à solo corde diffundatur caliditas ad singulas partes, ideo dicitur accensa in corde, & cor dicitur ipsius subiectum.

Vel dico, cum febris sit intemperies cali-

da, & fiat ab excessu caloris, ideo fuit necessarium, vt in primo lederetur illud membrum, quod dicitur fons, et principium caloris, tale est cor, ergo cor dicitur subiectum febrilis caloris, et non dicitur febris, nisi accendatur calor, et aucta fuerit acquisititia caliditas ipsius cordis; & facta omnino ignea.

DE

DE CONCOCTIONE LIBRI DVO.

SALVSTIO SALVIANO ROMANO,

In Almo Vrbis Gymnasio Medicinam Theoricam publice profitente Auctore.

Vbi exponitur XXII. & XXIIII. Aphorismus primæ particulæ.

DE CONCOCTIONE LIBER PRIMVS.

SALVSTIO SALVIANO MEDICO ROMANO AVCTORE.



Quotuplex sit concoctio, Cap. I.

DVPLICEM esse concoctionem fatentur omnes, antiquiores, et iuniores Medici: vnam quidem alimentorum in sanis, alteram crudorum humorum in ægris, vocant primam concoctionem in iuuatiuo, alteram in nociuo: pertractaturus ergo de vtraque concoctione; erit primo nobis sermo de concoctione in iuuatiuo, quæ fit in sanis circa cibum et potum: disputabimus secundo loco, de altera concoctione quæ fit in ægris, circa humores peccantes et crudos: est autem

concoc-

2. de pot. nat. cap. 4. lib. 3. c. 7 *concoctio alimentorum in sanis, vt testatur Galenus qualitatis adeptio, qua id quod cõcoquitur, redditur actũ, vt poßit nutrire* 8. de com. med. secũ dũ locos *animans, et alibi docet, esse alterationem, quæ eo vsque procedit, donec in similitudi-* c. de affec. epatis. *nem partis, quod concoquitur sit transmutatum, vbi etiam docet, quomodo distinguatur concoctio à nutritione. Concoctio est aßimilatio, nutritio vero est vnio eius quod aßimilatum, ei quod aßimilauit: per hoc enim quod concoctio est aßimilatio, distinguitur ab omnibus mutationibus, vt à generatione, mistione, &c. Quæ aßimilationes non sunt solum.*

Tunc igitur alimentũ dicitur cõcoctum, quando tum secundum qualitates, tum secundum substantiam, fit simile parti concoquenti, ita vt sit transmutatum in substantiam viuentis, eo modo, quo panis per concoctionem, trãsmutatur in carnem ipsius con- 4. methau. cap. 2. *coquẽtis: Aristoteles etiam sic diffiniuit concoctionem, vt sit perfectio à naturali calore, ex oppositis paßiuis, id est, transmutatio perficiẽs id quod quoquitur, effectiuæ facta à proprio, et naturali calore, in paßiuis qualitatibus, vt in materia, quæ sunt opposite actiuis, cuius quidem finis, vt idem fatetur,*

tur, est substãtia, idest, vt id quod cõcoquitur, trãsmutetur in substantiam viuentis, idest nutriti, et hac ratione cõcoctio est perfectio, cum maxima sit perfectio alimenti, vt per cõcoctionem trãsmutetur in substantiam viuẽtis, hoc autem fit dum calor agit in humidum vincit, et superat: loquitur autem Aristotiles solum de naturali concoctione alimentorum perfecta quæ fit à proprio, & natiuo calore ipsius viuentis: distinguitur autem à generatione, mixtione, &c. ratione materiæ, & finis, vt infra suo loco: quare perperam Argenterius damnat istam diffinitionem Aristotelis, nec laudo diffinitionem illorum asserentium, quod concoctio, sit imperfecta, & inchoata quædam assimilatio, seu gradus quidã, & aditus, ad assimilationem, nã concoctio non vere assimilat, quia hoc facit nutritio, quando alimenta per concoctionem, mutantur solum secundum qualitates, ita vt assimilantur partibus viuentibus tantum secundum qualitates, postea vero per nutritionem, assimilantur secundum substantiam.

com. 3. artis paruæ. Fernel. 6. de nat. med cap 3. Roganus de vrinis c. 1.

Contrarium tamen docet Galenus cum concoctio sit vera, & perfecta assimilatio, nutritio vero est vnio rei assimilate, parti nutrien-

8. de com p. loco citato.

nutriendæ: Pro maiori tamen declaratione huius diffinitionis, singulas causas ipsius concoctionis explicabimus, & cum quatuor sint genera causarum, de omnibus pertractandum erit, & primo de causa materiali, quæ nam sit materia huius concoctionis.

De prima concoctione, quæ fit in ventriculo, Cap. II.

CVM materia huius concoctionis sint ipsa alimenta assumpta, vt cibus, & potus, considerandum est igitur quomodo, per concoctionem conuertantur in substantiam viuentis: cui quidem difficultati respondeo, quod tripliciter alteratur, & mutatur cibus antequam conuertatur in substantiam viuentis, & hinc factum est, vt tres sint concoctiones.

Prima, quæ fit in ventriculo, secunda in epate, tertia in singulis partibus: de quibus omnibus agendum est, & primum de prima concoctione: Incipit prima concoctio in ore: alimentum enim quod est materia concoctionis, si quandoque solidum, ac durum sit, non ita ferri debet in ventriculo,

quia

quia non concoqueretur, nisi maxima cum difficultate, ideo natura nobis dentes tribuit, quibus conterit extenuatque illud alimentum solidum, & ibi, vt docet Galenus accipit mutari, & alterari, & aliquam incipit conuersionem in ore, ab illa confricatione, tum à perfusione pituitæ oris, seu saliuæ, tum à calore oris: quod autem prima concoctio incipiat in ore, eo facile comprobatur, quod vinum sub rubrum, pauco momento ore contentum, tum ardorem, tum ruborem deponit, quod non esset nisi in ore aliquam reciperet conuersionem, & hoc idem contingit in omni alimento, iam in ore confricato: quare sic dicit Galenus, sanè maior est alimentorum alteratio in ventre, quam in ore, quæ ore agitur mutat quidem id in alteram speciem manifestæ, non tamen ad perfectionem trãsformat, dicas id ex ijs, quæ ex cibo in dẽtium interuallis relicta, per totam noctem hæserunt, neq; enim panis inibi relictus prorsus est panis, neq; caro prorsus caro, sed olet quidẽ eiusmodi quidam cuiusmodi olet animalium os, cæterum, & dissolutum est, & liquidum, & carnium animali admiscuit sibi qualitates, licet autem contempleris quam

3. de pot. nat. cap. 7

3. de pot. nat. cap. 7.

magna sit in ore ciborum alteratio, nec est quid id mirere, nam pituita hæc quæ in ore habetur, & lichenum remedium est, & scorpios statim necat, sed qui mansi sint cibi primum quidem cum miscentur cum pituita, deinde carnem quoque oris omnem contrectarunt, itaque maiorem mutationem sunt consequuti, quàm ij, qui in vacuis dentium interuallis fuere inpacti, & hæc Galenus: ita autem mansum, & alteratum alimentum motibus linguæ detruditur, & recipitur, à stomacho & ventriculus per gulam, tanquam per manum ab ore cibos arripit: cibus autem statim quod est in ventriculo, suo sinu, & complexu merito retentiuæ facultatis, & ministerio obliquarum fibrarum amplectitur, & retinet, vndequaque, & omni parte arctißimæ illud alimentum, ita vt videatur, quasi adhærere substantiæ ipsius ventriculi, si enim alimentum fluctuaret in cauitate ventriculi, & non ita adhæreret, non bene concoqueretur, & eo vsque eum retinet, quo vsque eum concoxerit perfectæ, quo quidem tempore facultas concoctrix, cibum omnino mutat, nullo quidem fibrarum adminiculo, sed fit ista concoctio

à proprio

à proprio, & naturali calore ventriculi, adiuto tamen, à calore partium circumstantium, vt à calore iecoris, lienis, cordis, diafragme, & omenti: non tamen credendum est istam concoctionem fieri à solo calore, quoniam structio camelus ferrum conquoquit, quod non facit leo calidissimus, nec ipsemet ignis; sic & conturnix veratrum concoquit, quod nobis est venenũ; quare patet, quod non solũ à manifestis qualitatibus, vt à calore fit ipsa concoctio, sed etiam ab occulta quadam proprietate ipsius ventriculi: Ventriculus ergo adiutus ab alijs partibus, vt dictum est, merito proprij caloris, & à tota sua substantia alimenta assunta, in vnum cogit, & simul miscet, & omnia confundit, ita vt omnia per concoctionem adipiscũtur vnam formam, quæ est vt cremor ptisanæ, nempe substantia quædam alba, quæ dicitur chilus: transmutãtur ergo alimenta per primam conconctionem in chilum, ratio vero cur chilus sit albus, est ista, quoniam cum ventriculus concoquat alimentum gratia suæ vtilitatis, ideo cum conatur sibi assimilare quantum potest, & cum non possit omnino, assimilat quantum potest in crassitie, & calore, cum substantia

3. de pot. nat. cap. 7. 2. de tẽp. c. 6.

ventriculi sit alba, & eo magis, quia concoctio fit à partibus solidis, quæ albæ sunt, vnde partes solidæ ipsius ventriculi sunt illæ, quæ concoquunt alimenta: generato igitur chilo in ventriculo postquam ventriculus chili tantum assumpsit, quantum sibi est vtile, & necessarium pro sui nutri-
3. de pot. nat. c. 7. 4. de sanit. tuen. c. vl. *tione, reliquum quantitate abundans, trudit per infimam partem, quæ superiori angustior est facta, ne per ipsam cibus intempestiue, aut de subito descenderet, quæ quidem pars infima dicitur pyloron, & ista pars chili primo recipitur in duodenum intestinum, & inde in alijs intestinis, non tamen ab ipsis trahitur, quoniam carent fibris oblongis, quibus fit attractio: dum vero per intestina chilus descendit adhuc perficitur à virtute concoctrice intestinorum, non propria, sed à ventriculo mutuata, qualis ori tribuitur per communem membranam: & in intestinis terminatur prima concoctio, quæ incipit in ore.*

Occurrit autem hic pulcherrima difficultas, an ventriculus nutriatur chilo: ratio dubitãdi est, quoniam fatetur Galenus, quòd portionem quandam chili ventricu-
3. de pot. nat. cap. 7. *lus sibi arripuit conuenientem, & in suas*

tunicas

tunicis sugendo recondit, eis etiam adiungit, & agglutinat, ex quo fructum, & voluptatem percipit, & quodammodo saturatur: & alibi dicit, in ijs vero ventriculum ex edulijs in gestis familiari, & conuenienti succo attracto, quem suis tunicis reponeret, primum omnium ad satietatem vsque frui demonstrauimus, postea vbi abunde saturatus est, tum demum ipsa ab se se ad transitum dimittere hæc Galenus. 2. Aphor. com. 18. 4. de vsu par. c. 19. 5. de locis aff. cap. 7.

Nonnulli crediderunt, sententiam Galeni esse intelligendam solum, de interiore tunica ventriculi, quæ ex chilo nutriatur, externa tamen ex sanguine alimentum capere per venas conspicuas, ex iecinore in se pertinentes, ac directas: Fernelius, concedit vtranque tunicam sanguine nutriri, quod sic comprobat, quia in animali sanguineo, nihil quicquam præter sanguinem, potest in eorum substantiam conuerti, quod quidem confirmatur, dum enim fœtus vtero continebatur, totus ventriculus maxime interior eius tunica, puro, ac sincero sanguine alebatur, nullo tunc existente chilo. 6. de nat med. c. 1. Andernacus com. 1. dial. 6.

Secundo, quia ossa quæ longiori interuallo, quam ventriculus, recedunt à natura sanguinis, nutriuntur sanguine, quanto ergo

magis ventriculo membranæ sanguine debent nutriri?

Istæ tamen rationes, vt ego credo, nullius su nt momenti, quando respondeo ad primum, fœtum in vtero nutriri sanguine, non quia sit proprium ventriculi alimentum, sed ex defectu chili, nutritur sanguine, sicuti & tempore inopiæ corpus nostrum nutritur pituita, non tamen pituita est optimum alimentum: & ad secundum dico, non enim valet dicere, ossa nutriuntur sanguine, ergo & ventriculus, cum nutritio non fiat ratione distantiæ, sed complexionis.

Communis tamen opinio affirmat, nutriri chilo, non enim alia ratione concoquit natura, nisi vt sibi assimilet, & ex eo nutriatur, sed ventriculus concoquit cibum, & conuertit in chilum, qui sibi est valde similis, ergo ex illo nutritur.

His tamen non obstantibus dicamus, ventriculum nutriri sanguine, cuius quidem signum demonstratiuum sunt venæ, quæ reperiuntur in tunicis ipsius ventriculi, plenæ sanguine, ad quid ergo illæ venæ deferrent sanguinem, ad tunicas ventriculi

triculi, si illæ non nutrirentur sanguine, sed chilo? Ad authoritates Galeni respondeo, passionem illam ventriculi ex chilo, non esse veram nutritionem, sed solum præcipue quandam delectationem, & suauitatem ex chilo, non secus ac nos quandoque dicimus nutriri ex odoribus, prout ex illis sentimus maximam suauitatem, & in maxima siti ex potu aquæ frigidæ dicimus nutriri, quia maxime delectat, licet re uera non nutriat ex eo magis, quia non dicit Galenus ventriculum nutriri chilo, sed dicit frui, & saturari, quæ duo verba non important nutritionem, sed delectationem, & suauitatem, quasi ventriculus saturatus, id est, repletus chilo illo fruitur, id est delectatur.

De causa efficienti concoctionis. Cap. III.

Efficientem causam concoctionis, esse natiuum, & naturalem calorem, fatentur omnes, vel melius dicamus, animam esse efficientem causam, quæ per calorem operatur, tamquam per instrumentum, vt docet Aristoteles: actio enim caloris non est concoquere, sed calefacere: Medicus au-

tem vt artifex sensatus, indicat calorem esse efficientem causam concoctionis, cum ergo calor naturalis sit duplex, insitus, seu cōplātatus, et cōgenitus, alius vero sit calor influēs. Primus est ille quē quælibet pars nostri corporis cōtraxit ex principijs generationis, ex mixtione quatuor elemētorum in prima sui formatione, vita enim cum consistat in calido, hinc etiam factum est, vt omnes partes viuentes, à prædominio calidæ sint, & in eis dominentur elementa calida, quod si aliquæ partes dicantur frigidæ, hoc non est, quia à prædominio sint tales, sed quia in comparatione ad partes temperatas, vel ad calidiores, dicuntur minus calidæ, & sic in cōparatione ad calidiora, dicuntur frigidæ: iste ergo calor innatus, quia innascitur cuilibet parti à principio generationis, dicitur etiam calor fixus cum fixus, & permanens sit, in qualibet parte, & eadem ratione dicitur congenitus, quia simul cum parte generatur, & acquiritur: sequitur enim complexionem, & temperamentum partis: cum tamen calor iste innatus, & complantatus sit valde mitis, & debilis, vnde per se non est sufficiens instrumentum, ad faciendas omnes operationes ip-

sarum partium, ideo fuit necessarium, vt reperiretur alius calor, qui dicitur influens, qui à corde per arterias defertur per vniuersum corpus, & ad singulas partes, cum enim in corde maxima sit caliditas, ideo fecit natura, vt cor transmitteret calorem influentem ad singulas partes, ad hoc vt augeret calorem innatum debilem, vt inde auctus esset potens efficere suas operationes: qui calor dicitur influens, quia à corde transmittitur ad singulas partes: si dicas, & quare natura fecit innatum calorem adeo debilem, vt indigeret calore influenti.

Respondeo, quod ad hoc, vt calor conseruetur, tria sunt necessaria, primo vt habeat commercium cum aere, ignis enim positus in vase, cuius orificium sit obstructum, statim extinguitur. Secundo eget pabulo, quo nutriatur. Tertio, vt expurgetur à suis excrementis, à quibus periculũ est ne suffocetur sicut ignis de facile suffocatur à cinere, & sua fuligine: hinc etiam factum est, vt maior calor egeat maiori commercio cum aere, plurimo pabulo, & in maiori copia generantur excrementa in sui nutritione, quibus debet expurgari, quod si alterum istorum deficiat, extinguitur calor, ex his dico quod

erat impoßibile, vt calor innatus cuiuslibet partis eſſet magnus: primo quoniam erat impoßibile, vt iſte calor in omni parte haberet maximum commercium cum aere, quia hoc non poteſt habere niſi per poros cutis, qui cum ſint anguſti, non poteſt habere niſi modicum commercium, ideo fuit neceſſarium, vt calor illius partis, eſſet mitis: quod ſi dicas cur natura non fecit poros cutis magnos.

Reſpondeo, quia corpus eſſet valde rarum, & tamquam ſpongia, & ex conſequenti valde debile, quod erat maxime inconueniens, eadem ratione non poteſt per poros cutis expurgare multa excrementa, ideo fuit neceſſarium, vt calor eſſet paucus, & hac ratione natura nobis dedit calorem influentem, qui in corde magnus eſt, quam per inſpirationem habet maximum commercium cum aere, & per expirationem poſſunt expurgari multa excrementa fuliginoſa; ideo natura fecit maximum calorem in corde, vt tranſmiſſus ad ſingulas partes, adiuuaret innatum calorem illarum partium: quæritur modo, quis ergo calor eſt efficiens concoctionis cauſa?

Reſpondeo, quòd principaliter eſt calor innatus

innatus, auctus tamen ab influenti, per se enim solus calor innatus non esset sufficiēs, sed rursus quaeritur; cum calor innatus sit subiectatus in sanguine, in spiritibus, & in partibus solidis, & omnes partes nostri corporis, cōponantur ex triplici ista substantia, spiritibus sanguine, & partibus solidis, quaeritur ergo coctio, quae fit in singulis partibus, à quo calore fit, aut à calore spirituum, vel à calore sanguinis, vel partium solidarum?

Respondeo ex sententia Galeni, quod fit à calore partium solidarum, dicit enim Galenus, non solum coctionem, sed & omnes alias actiones à solidis, & similaribus fieri partibus: nota tamen, quòd licet coctio praecipue fiat à naturali calore partium solidarum, ab aliquo tamen exteriorum auxiliorum iuuari potest, ex Aristotele, & Galeno: à calidis enim, & similibus nostrae naturae, coctio adiuuatur, vt sunt cibi boni succi, mediocriter calidi, fomenta, cataplasmata, frictio, maxime pedum ex aetio balneum, somnus, quies, vinum modice calidum, denique concoctionem adiuuant medicamenta, quae modice calefaciendo, parum adstringunt, quare ex Galeno omnis concoctio extrinsecus à medico adiuuari potest,

1.epidem. com.2.t. cóm.46.
2. Aphor. com.7.
Aristot. 4. meth. c.2.
Gal. 5. Apho. com. 22.
5. de simpli. med. cap. 5.
4. de rat. victus. com 44
8. de cōp. med. secundū locos i prin. & c. de cro co.

per ea, quæ modice calefaciunt, cum enim corporis natura humida sit, & calida, ideo humida, calidaq́; medicamenta huiusmodi esse debent, non tamen corporis natura humidiora, ac calidiora, immo cognatam, ac simillimam corporibus nostris caliditatem, ac humiditatem possidentia, hinc tum cibos, tum fomenta, accataplasmata, frictiones modicas, & balnea, quæ mediocriter calefaciant, concoctionem adiuuare testatur Galenus, & alibi dicit, perducunt autem ad coctionem quies, & calefactio moderata, bonique succi modicorum esus ciborum, & modice calefacientis vini potus, mediocres frictiones.

1.epid.

De fine, & forma concoctionis. Cap. IIII.

Gal.1. de morb.vul. 5. de simpli.med. Aristot.4. metheu. cap.2. Gal.3. de cōp. med. secundum locos cap.

CVM ergo concoctio sit opus naturæ, quæritur ergo propter quid sit ipsa coctio, & ad quem finem respondit Aristoteles, quòd eius finis est substātia, i. vt id, quod à principio est contrarium viuenti, per concoctionem assimiletur substantiæ nutriēdæ, & fiat naturale, & ei simile, ita vt sit eiusdē naturæ, & substantiæ cum nutriente.

Forma

Forma vero huius concoctionis, est vel assimilatio, nempe quod materia, vt alimentum, vel sanguis sit assimilatus parti nutriendæ, vel quod forma coctionis sit ipsa incrassatio, aut melius dicatis esse substantiam ipsius viuentis. de aff. epa 3. de nat. facult. c. 7. & lib. 2. c. 4.

De excrementis primę concoctionis. Cap. V.

IN omni concoctione, duo sunt excrementa, vnum tenue ac subtile, alterum crassum, ratio autem huius est, quoniam materia concoquenda est, etæherogenea, & habet partes diuersæ rationis, quædã enim sunt partes adeo crassæ, vt sint ineptæ ad hoc, vt possint concoqui, & transmutari in substantiam viuentis, vnde remanent excrementa: aliæ sunt partes adeo tenues, & subtiles, & ineptæ ad coctionem, quòd licet natura multum fuerit defatigata circa illas partes, vt eas concoqueret, videns postea esse impossibile, ideo illas aliqualiter alteratas, & immutatas excernit, & dicuntur excrementa illius concoctionis, vnum crassum, alterum tenue, solæ enim partes mediæ, & temperatæ sunt illæ, Gal. 3. meth. cap. 3.

quæ

quæ concoquuntur, & conuertuntur per coctionem in substantiam nutriti, aliæ vero partes degenerant in duo excrementa, crassum, & tenue: materia ergo concoquenda diuiditur in duas partes, nam quędā partes sunt adeo malæ, & rebelles, & ineptæ ad cōcoctionem, quòd remanent tamquam excrementum, & secūdum quod harum partium quædam sunt crassiores, quædam tenuiores; hinc etiam factum est, vt duo sint genera excrementorum in quacunque coctione, vnum crassum, & alterum tenue, quare excrementa sunt partes materiæ concoquēdæ, quæ ob sui prauitatem subterfugiunt optimam coctionem, dico optimam, quoniam natura sperans à principio quando incipit concoquere, posse totam materiam concoquere, aggreditur coctionem totius, videns postea esse impossibile, illas dictas partes concoquere perfecte, hinc factum est, vt concocta reliqua materia, quæ potuit concoqui, istæ aliæ partes aliquantulum alteratæ, & concoctæ, tamquam superfluæ, & excrementa excernuntur. Si enim quantum assumimus, tantum in nutrimentum verteretur, noxium esset corpore: hoc idem contingit in cibo, & potu: alimenta enim, quæ dicuntur materia

Oribasius 4. Aphor. com. 84.

primæ

primæ coctionis sunt ethorogenea, & habent partes diuersæ rationis, quarum aliquæ impossibile est, vt possint optimæ concoqui, & degenerant in excrementa, & secũdum quòd harum partium quædam sunt crassiores, aliæ subtiliores, hinc etiam factum est, vt duo sint excrementa huius primæ coctionis, vnum crassum, aliud subtile.

Crassum excrementum primæ concoctionis, sunt feces, quæ in intestinis separatæ à chilo, excernuntur per secessum, & istud excrementum licèt sit naturale, est tamen omnino inutile (sicut & sudor) generatum ex crassiori, & terrestriori parte cibi: tenue vero excrementum huius concoctionis, est ipsa vrina; quod si dicatis ex qua materia generatur vrina: respondeo quod omnis aqua, quæ vel in potu, aut in iusculo comeditur, tota degenerat in excrementum tenue, cum aqua non nutriat: similiter tenuiores, & humidiores partes alimentorum ntcum si frigidæ, non possunt concoqui, & degenerant in excrementum tenue, nempe in vrinam: ideo non laudo sententiam dicentium, quod huius primi concoctionis, vnicum tantum sit excrementum; nempe feces alui, cum contrarium doceat Galenus in Mót.1.de vrinis Fernel. 6. de nat. med. cap.2.& 6. Andernacus cõ. 1. dialog.6. Cassanus quæst.3. Meth.m d. cap.3.

omni

omni coctione duo reperiri excrementa: habet tamen maximam difficultatem, an vrina sit excrementum primæ coctionis, quandoque contrarium videtur asserere Galen. 3.de cauſ. ſimpt.c.2. *dum dicit, triplex esse in venarum coctione excrementum, vt bilis melancolia, & serosum excrementum.*

4. vſu par. cap.5. *Secundo fatetur idem Galenus, quod sanguis quando purus ad iecoris gibbas ascendit, multo humore tenui, & aquoso est plenus: iste autem humor est ipsa vrina ergo est excrementum secundæ cococtionis, quia si est cum sanguine, & cum sanguine generatur.*

3.epid.cõ. 1.tex.cõ 5. 4. Aphor. com. 77. *Tertio ex Galeno vrina est serum humorum in venis contentorum, & alibi dicit vrinam ex venis venire, & 2. Progn. 26. dicit facultatis vero iecoris, & venarum indicia, cognoscuntur ex vrina, signum est ergo vrinam in venis generari.*

Finitiones medicę. *Quarto dicit Galenus, vrina est excrementum, quod gignitur in iecore, & eius causa efficiens est sanguinis generatio in iecore.*

Cap.6. *Istæ autem rationes nullius sunt momenti, quando, vt dicemus infra, vrina licet sit excrementum primæ coctionis, non tamen*

men

men subito excernitur, sicut excernuntur feces, sed remanet mixta simul cum chilo, ad hoc vt chilus facilius possit ingredi angusta orificia venarum mesenterij, & pertransire per ramos portæ, & angustas epatis venas: vrina enim est tamquam vehiculum ipsius chili, & ideo dicitur excrementum naturale, vtile: & hac ratione non excernitur in prima coctione, sed remanet mixta in venis simul cum sanguine, & dicitur serum sanguinis, & demonstrat dispositionem venarum, & epatis, quia simul cum chilo mixta dum concoquitur chilus, ipsa etiam vrina recipit aliquam alterationem, & coctionem, cum hoc tamen stat, quod sit excrementum primæ coctionis: & sic soluuntur omnes rationes in contrarium adductas: & ad vltimum dico, quod liber illæ finitiones medicæ, non est Galeni, sed ei attributus.

Nec laudo sententiam Actuarij, quod excrementa primæ coctionis sint feces, quæ per aluum excernuntur, & quæ vomuntur, cum enim quotidie fiat coctio, quotidie generantur excrementa, & tamen non quotidiæ fit vomitus, immo fere numquam in homine sano. Lib. de dif. vrinarũ cap. 5.

Damno

Leo Roganus 1. de vrinis.

Damno etiam ſententiam dicentium, excrementum tenue primæ coctionis, eſſe pituitam præter naturam in ventriculo genitam: ſed hoc non eſt verum, quia talis pituita generatur in corpore ægro, & male affecto, nos autem loquimur de excrementis primæ concoctionis in corpore, ſecundũ naturam ſe habẽte, aliter ſi de alijs loqueremur, neceſſarium eſſet in iecore plura duobus, vel tribus ponere excrementa, ſicut ſalſam pituitam, vitriam, ac dulcem, omneſque bilis ſpecies præter naturam genitas, vt erugino ſam, vitelinam, &c.

Vltimo videndum eſt, an inteſtina nutriantur chilo, vel ſanguine, & licet communiter credatur nutriri chilo, tutius tamen eſt fateri ſanguine nutriri, cuius quidem ſignum, ꝙ ibi defertur per venas meſenterij.

DE

De secunda concoctione, quæ fit in epate. Cap. VI.

CHilus generatus ex cibo, & potu, in prima concoctione in ventriculo, trãsmittitur per infernam partem eius, quæ dicitur pyloron, ad ipsa intestina, vbi excrementum crassum, nempe feces, separantur à chilo, & demandantur ad crassiora intestina, vt inde per aluum excernantur. Venæ autem mesenterij, quarum quidem hora, pertinent in quod vis intestinum, attrahunt ipsum chilum, & illam deferunt ad venam portam, nam mesenterij venæ perueniunt vsque ad venam portam, eiq; adhærent, & per ramulos venarum ex ista vena propagatos, distribuitur in totum iecur, & cum orificia venarum mesaraicarum, & rami venæ portæ sint valdæ angusti, erat impoßibile, vt chilus, qui habet aliquam craßitiem, potuisset penetrare, & ingredi venas illas; ideo fuit necessarium miscere simul cum chilo, aquositatem vrinalem ad hoc, vt redderet chilum subtiliorem, & magis, & melius flueret ratione suæ humiditatis

4. de vsu part. c. 1. 2. & 3.

ditatis, & fluxibilitatis: hic tamen occurrunt duæ difficultates: Prima, an distributio ipsius, fiat per omnes venas mesenterij. Secundo, an in dictis venis patiatur ipse chilus, aliquam alterationem, & mutationem.

Quoad primum sciendum est, venas ipsius mesenterij destinatas, & factas esse à natura, duplici de causa.

Primo, vt deferant sanguinem, pro nutritione intestinorum, cuius signum est, quod semper plene sint sanguine, ad quid ergo illæ venæ deferrent sanguinem ad intestina, si non nutrirentur sanguine?

Secunda, necessitas harum venarum, vt chilum distribuant, atque deferant ad epar, vt ibi per concoctionem conuertatur in sanguinem: nulla enim est alia via, quæ ab intestinis ad epar; possit deducere chilum: oritur tamen hic difficultas, an per singulas mesenterij venas, tum nutritio, tum distributio sit ipsius chili; an potius aliquæ venæ ipsius mesenterij, sint ad nutritionem, aliæ ad distributionem ipsius chili: cui quidem respondeo, quòd omnes, & singulæ venæ ipsius mesenterij præstant hæc duo, & seruiunt nutritioni, & deferunt

chilum vno, & eodem tempore: licet in eisdem venis misceatur sanguis, & chilus, ipsorum tamen intestinorum natura, & temperamentum, & appetitus talis est, vt potius attrahat sanguinem, & non chilum, sicuti epar potius ab istis venis, attrahit chilum, quam sanguinem, quod si quæratis, & vnde factum est, vt iste venæ mesaraice, sint adeo anguste, vt non possint attrahere chilum, nisi mixtum cum vrina: respondeo, quia erat periculum si fuissent valde late, & magnæ, ne etiam simul cum chilo, attraherentur feces.

Quoad secundum quæsitum dico, quòd statim, quòd chilus recipitur in venis mesaraicis, incipit alterari, & mutari, & vnde prius erat albus, incipit modo fieri rubeus, & rudem quandam formam sanguinis recipit in ipsis venis mesaraicis, ita vt materia huius secundæ concoctionis, quæ est chilus, incipit conquoqui in venis mesenterij: ista autem sanguis rudis, & imperfectus, per venas mesaraicas delatus ad venam portam, rursus per varios, ac diuersos ramos huius venæ portæ, distribuitur in totum iecur, qui quidem rami, cum tenues, & admodum angusti sint, non facile, & ce-

leriter potest ille sanguis imperfectus, distribui, per substantiam epatis, quare in epate, diu, & multum cunctatur, & moratur, & cum multum ibi retineatur, melius etiam concoquitur, & adipiscitur meliorem, & perfectiorem formam sanguinis in epate, cum non possit ita cito pertransire, ob angustiam illarum venarum, quare toto tempore, quo in epate detinetur, à facultate naturali ipsius epatis, melius concoquitur: quod si quæras, cui parti epatis, sit commissum munus sanguificandi, dicatis hoc fieri, à carne ipsius epatis, cum sanguis sit valde similis carni epatis: caro enim epatis, nihil aliud est quam sanguis calore concretus, licet & reliquæ partes epatis, adiuuent talem coctionem: Dum enim caro ipsius iecoris percipit sanguinem illum rudem, sibi proximum, enititur in propriam substantiam commutare, sibiq; prorsus assimilare, & ita illum crassiorem reddit, & colore rubeum, vnde patet sanguinis confectionem, non solum caloris beneficio, sed maxime iecinoris ingenita proprietate, compleri: geniti iam sanguinis portionem quandam familiarem, ac benignam sibi iecur adiungit qua nutritur, reliquam vero sanguinis partem, vt redundan-

4. de vsu par. c.12. Auic. prima primi c de cõpl. mẽbrorũ.

4. de vsu par. c.15.

dan-

dantem, & sibi superfluam in venam cauam perlabi sinit, à qua postea in totum corpus per venas quam multas in omnes corporis partes pertinentes pro nutritione illarum partium distribuitur.

Falsa est igitur sententia dicẽtium, quod sanguificandi munus sit venarum existentium in epate, & non carnis eius, quando contrarium docet Galenus his verbis: falsum diceret, qui venarum tunicis gignendi sanguinis officium deferũt, nam nec rubrum tunicæ venarum humorem, sed candidum procrearent, cum ipsæ candidæ sint, quare dicendum est, hoc fieri ab eius carne: hæc Galenus, quod si dicatis, si ergo principium sanguificationis incipit in venis mesaraicis, erit igitur signum, quod venæ habeant vim sanguificandi. 6. de placitis cap. 8. 4. vsu par cap. 12.

Respondeo ex Galeno, quòd venæ habent vim sanguificandi non à se, sed ab epate, & carne eius. primo vsu par. c. 16. 5. locis aff. cap. 7.

Hinc colligo errasse Argenterium asserentem, venas non habere vim sãguificandi, nec à se, nec ab epate, nec esse verum quòd chilus in venis mesenterij, recipiat imperfectam formam sanguinis, quando sanguis qui reperitur in illis venis, non est ibi gene- 2. rat. vict. 47. 1. ad glaucon. c. 13. 4. vsu par. c. 2. & 3. In Tegn. com. 2.

ratus, ſed ab epate ibi tranſmiſſus pro nutritione inteſtinorum, & aliarum partium propinquarum.

Primo ſic probat ſubſtãtia venæ eſt alba, ergo non poteſt mutare chilum, in colorem rubeum.

Secundo ſi ex chilo ſanguinem.i.ſubſtãtiam rubeam generant venæ, cur ex ſanguine rubro putreſcente pus in illis gignitur album?

Tertio cur hipoſtaſis, & alia cõtenta in vrinis, venæ reddunt alba, chilum autem rubeum.

Quarto ſi venis ſanguinis gignẽdi, cur etiam arterijs non cõceditur vis aliqua generandi aliquod?

Quinto ſi dicas ideo conceditur venis, ne maneant otioſæ dum vehunt chilum ad epar, cur etiam non dicemus venas, quæ ſunt poſt epar, vim habere generandi carnem, neruum, os, &c. & denique ſubſtantiam omnem, quæ ab epate nutrimentum capit, ita enim præparant materiam hæ venæ hijs partibus, vt venæ meſaraice chilum epati: quare ſi chilus rudem formam ſanguinis à venis meſaraicis recipit, ita & venæ, quæ ſunt poſt epar, deberent habere vim inducendi

ducendi rudem formam eius, quod postea perfectæ sanguinem mutat in sui substantiam.

Sexto absurdum est dicere, venas quæ sunt post epar habere vim sanguificandi, cum iam sanguis fuerit perfecte factus in epate.

Sed falsa est ista sententia, cum doceat Gal. venas habere vim sanguificandi, licet non à se, sed ab epate, & si dicatis quomodo venæ habent istam vim ab epate. 2.pot.nat. cap.9. 4.vsu par. cap.12.

Respondeo quod virtus ista sanguificatiua, quæ est in venis, non continuo influitur ab epate, sed in venis est acquisita ab epate, à principio generationis: & respõdeo ad primam rationem, negando consequentiam, licet enim substantia alba, non possit in virtute propria, & per se, aliquid mutare in rubeum, tamen hoc potest in virtute alterius, sic venæ, non in virtute propria, sed epatis hoc faciunt. Ad secundum dico, quòd venæ generant pus, in virtute propria, ideo reddunt illud album, & sibi simile, & sic ad tertium, ad quartum non valet dicere, arteriæ non gignunt aliquid, ergo nec venæ.

Ad quintũ caro, os, &c. fiunt a ꝑpria natu

ra ipsarum partium, os.n.generat os, & hoc non habent ab epate, & ideo cum venæ sint ab epate non possunt habere nisi facultatem epatis. Ad sextum dico, quòd sanguis non perficitur in epate, sed in vena caua.

Ideo damno ad sententiam dicentium, sanguinem perfici in gibba parte epatis. Dico enim, quòd chilus recipit imperfectam formam sanguinis, in venis mesaraicis, nobiliorem, & præstantiorem in epate, sed in vena caua perficitur: quod sic comprobo, tunc sanguis magis perficitur, quando magis purus, & depuratus fit, à suis excrementis, sed dum est in epate, adhuc cum eo miscetur bilis, & melancolia, quando vero est in vena caua non adsunt ista excrementa, saltim in tanta copia, quorum vnum, nempe bilis, attrahitur acisti felle, melancolia aliene, ergo magis perficitur in vena caua: & eo magis, quia res in proprio loco, magis perficiuntur, & conseruantur: locus enim cum habeat rationem formæ, perficit, & conseruat, locus autem proprius sanguinis, sunt venæ, ergo ibi magis perficitur.

Sed nec etiam credatis, vt perperam qui

dam

dam crediderunt diuersam esse coctionem quæ fit in epate, ab illa quæ fit in venis, cum vna, & eadem sit coctio, ex Gal. non enim multiplicāda sunt entia citra necessitatem, ad quid ergo ponere quatuor concoctiones, cum tres sufficiant. Gal.lib.de cibis boni succi.c.3. 2.progn.1

An sanguis generatur in epate, vel in corde. Cap. VII.

CRedit Aristoteles, sanguinem generari in corde, & in epate tantum disponi, & præparari ad hoc, vt perficiatur in corde: & sic probat Monachus secundo Tegni.

Primo, quia inuenitur sanguis, in ventriculis cordis extrauenatus, in substantia ipsius cordis, & tamen non coagulatur, nec putrescit, quod non contingit in epate, nec in alijs membris, signum est ergo generari in corde, quia ibi non conseruaretur extra venas.

Secundo, inuenitur cor habens sanguinem in embrione, non dum dextrictis venis.

Sed ad primum respondet Curtius 2. Tegni, quòd etiam sanguis reperitur in substan

tiam epatis, & non in venis, quia venæ capil lares, quæ oriuntur à vena porta, non continuantur cum venis paruis venientibus à vena chili, & transit per substantiam, & carnem epatis, & ingreditur alias venas, quæ oriuntur à vena chili.

Ad secundum dico, quod antecedens est falsum, quandoque venæ generantur prius quàm cor, & epar.

Sanguinem ergo generari in epate probatur, quia natura posuit circa epar, multas partes, vt purificarent sanguinem sicuti cistisfellis ipsum purificat à bile, lien attrahit melancoliam & renes, attrahunt aquositatem vrinalem, non autem posuit has partes circa cor, ergo in epate, & non in corde, generatur sanguis: quod si dicas, vt dicit Auerro: quod sanguis primò generatur in epate, sed postea perficitur in corde, & sic cor dicitur principium sanguinis perfecti: cui obiectioni occurrit Galenus, dum dicit, quòd ille sanguis, qui fit in epate, est perfectissimus, & ille est qui nutrit, sanguis vero qui est in corde, non nutrit nisi pulmonem, In dextro cordis ventriculo, & si sanguis magis perficiatur, & subtilietur, hoc non fit, vt nutriat omnes,

nes partes, sed solum pro nutritione pulmonis, & vt ex tali sanguine generentur spiritus vitales: Si autem natura fecisset, quod à corde sanguis manaret, ad nutriendum totum corpus, oportuisset, quòd fecisset venas, quæ deportarent ipsum ad omnes partes, & tamen venæ oriuntur ab epate.

Secundo, membrum, quòd alteri seruit, & præparat materiam, totum quod parat illi ministrat, vt paratum perficiat, vt in pulmone, totus aer paratus cordi, & non nisi cordi transmittitur, & chilus paratus in ventriculo, totus iecori, & non alibi mandatur, sed sanguis ab epate genitus, non totus mittitur cordi: pars enim ea sanguinis, quæ per venam lnmbos per reptantem, descendit, nunquam fuit ad cor delata, cum ergo non totus sanguis ab epate transmittitur ad cor, signum est in epate perfici, & generari, & non præparari, & disponi, vt perficiatur in corde.

Tertio cordis disectio docet, trisulchas quæ sunt in ea cordis ianua, qua sanguinem à vena caua transfusum excipit ad infima

cordis

cordis aperiri, claudi vero, ad exteriora, ac prouide à natura factam viam illam recipiendi non transmittendi gratia sanguinis, ergo recipitur in corde, & non transmittitur iecori, & partibus inferioribus ipso.

Quarto venæ, quæ ab vtero, ad in volucrum deueniunt ad alendum fœtum, cum fœtus vmbilicum penetrauerint non ad cor sed ad epar ipsius perueniunt, quod manifeste docet inde esse nutritionis principium.

Nec laudo illorum sententiã, qui conantur conciliare Aristotilem, cum Galeno, quod. s. tam cor, quàm epar sit principium sanguificationis, diuersâ tamen ratione, iecur enim est principium, prout sanguis in eo gignitur, cor vero quatenus est officina caloris, quem iecur dum chilum in sanguinem conuertit, ab illo mutuatur, nisi enim calor cordis, in vniuersas partes diffunderetur, non fierent operationes, vt diximus supra:
Cap. 3. *vana tamen est ista conciliatio, quando eadem ratione dicerem ego, omnes operationes fieri à corde, cum omnes actiones iuuantur à calore influenti cordis, & eo magis, quia sanguificatio, non fit à calore, sed à carne ipsius epatis, mediante tamen calore, vt instrumento, & non mediante calore influenti,*

influenti, ſed innato, adiuto tamen ab influenti, non tamen valet iſta: conſequentia, ergo ſanguificatio fit à corde.

Solum ſanguinem actu, reperiri in venis, cæteros vero humores in potentia. Cap. VIII.

OCcurrit grauiſſima difficultas, an ſimul cum ſanguine generentur alij humores, ita vt in venis reperiatur ſimul cum ſanguine, actu pituita, actu bilis, & actualis melancolia: vel quod ſolus ſanguis actu reperiatur in venis, cæteri vero humores in potentia: & ratio dubitandi eſt, quoniam ſic dicit Hipocrates, corpus autem humanum habet in ſe ſanguinem, pituitam, & duplicem bilem: ex quibus, & conſiſtit, ægro tat, & valet. Natu. humana 18.

Et alıbi ait, cum aliquod horum receſſerit, & per ſe conſtiterit, non ſolum locum ex quo receſſerit morboſum euadere, ſed eum etiam vbi conſtiterit, & influxerit, nimis quæ replens dolorem, laboremq́; exibere, & Gal. in commen. dicit, cum quatuor humorum aliquis per ſe, in aliqua particula Ibid. 21.

ticula constiterit ab alijs separatus, animal dolet ergo actu omnes reperiuntur humores, cum possint separari.

Ibid. tex. 24.25. *Tertio, idem fatetur Hipocr. quatuor reperiri actu humores in homine, specie separatos.*

Tex. 26. *Quarto, idem Hipocr. dicit si alicui dederis medicamentum, quod pituitam educat, euomet tibi pituitam, similiter aliud medicamentum educit bilem, aliud melancoliam: & Gal. in com. damnat credentes, vnum tantum esse humorem in homine.*

Tex. 31. 38. & 39. *Quinto, subiungit Hipocr. si aliquod ex his cognatis .i. humoribus, in homine deficiat, non vtiq; poterit viuere, & in homine modo sanguis, modo pituita, vel bilis, aliquando melãcolia inualescit, et in hieme augetur pituita, bilis in æstate, ergo actu reperiũtur.*

Sexto, Si solus sanguis actu reperiretur in venis, ergo quãdoque solus separatus ab alijs humoribus reperiretur, quod tamen nõ est verum, quia dum sanguis è vena erumpit, statim apparent cum eo alij humores.

Septimo, diuersitas partium indiget diuerso, ac vario nutrimento: non enim est possibile omnes partes nutriri sanguine.

Octauo, si solus sanguis actu reperitur in

venis,

venis, ergo omnis febris est sanguinea, & omnes febres essent eiusdem moris, & egerent eadem curatione.

Pro resolutione huius difficultatis sit ista conclusio: Solum *sanguinem, actu reperiri in venis, cæteros humores, tantum in potentia.*

Sed pro maiori intelligentia huius meæ opinionis, Primo notandum est, quod licet solus sanguis, actu reperiatur in venis, ista tamen sanguis est ætherogeneus, & habet partes diuersæ rationis, quædam enim eius partes sunt temperatæ, & seruant optimam mediocritatem: sunt enim calidæ, & humidæ, & merentur simpliciter nomen sanguinis, quia sunt partes magis temperatæ huius massæ sanguineæ. Aliæ vero sunt partes, quæ excedunt ab ista mediocritate, non tamen adeo excedunt, quin sint sub forma sanguinis, & istæ partes huius massæ sanguineæ, quæ ita excedunt, sunt in triplici differentia, quædam enim excedunt in calido, & sicco, & istæ partes sanguinis, quæ in comparatione ad temperatas dicuntur calidæ, & siccæ, licet sint sanguis, tamen dicuntur sanguis calidus, & siccus, & quia bilis est calida, & sicca,

& ſicca, hinc factum eſt, vt per ſimilitudinem iſtæ partes dicantur ſanguis bilioſus: aliæ vero ſunt partes huius maſſæ ſanguineæ, quæ exceduut in frigido, & humido, & eadem ſimilitudine, dicuntur ſanguis pituitoſus, ſicuti & partes frigidæ, & ſiccæ, ſunt ſanguis melancolicus: videtur ergo quòd licet in venis, actu ſolus ſit ſanguis, iſtæ tamen ſanguis habet diuerſas partes, vt dictum eſt, quæ tamen omnes partes ſunt ſub forma ſanguinis, & actu ſanguis: non enim ibi inuenis actu reperitur bilis, nec actu pituita, vel melancolia, ſed ſecundum diuerſitatem harum partium ſanguinis, diuerſæ partes corporis nutriuntur, & ſic ſoluitur ſeptima ratio, & octaua: In tertiana enim peccat ſanguis bilioſus, in quotidiana ſanguis pituitoſus.

Secundo nota, quod licet in venis ſolus ſanguis actu reperiatur, partes tamen ſanguinis calidæ, & ſiccæ, quæ dicuntur ſanguis bilioſus, licet inquam iſtæ partes, dum ſunt in venis ſint ſub forma ſanguinis, tamen ſunt in potentia propinqua, vt de facili degenerent in actu bilem, ſubito quòd ſint extrauenatæ, & ſeparatæ à maſſa ſanguinea: exibito enim medicamento, quod po-

tens

tens ſit educere bilem, attrahit à venis ſanguinem bilioſum, qui extrauenatus, & ſeparatus à reliquo ſanguine, ſtatim deperdit formam ſanguinis, & degenerat in actu bilem, ſimiliter, & medicamentum purgans melancoliam, non educit humorem melancolicum, qui actu ſit in venis cum actu ibi non reperiatur, ſed purgat ſanguinem melancolicum, qui potentia eſt melancolia, quia ſeparatus per pharmacum à maſſa ſanguinea degenerat in actualem melancholiam: idem dicendum eſt de ſanguine pituitoſo, qui extra venas degenerat in actualem pituitam: colligo igitur, quod vbi partes ſanguinis terreſtriores, fuerint extrauenatæ, vel à medicamento, aut à natura, vel quacunque de cauſa, ſemper extra venas degenerant in actu melancoliam, & ſanguis bilioſus, qui potentia dicitur bilis, vbi ſit extrauenatus degenerat in actu bilem, ſicut & ſanguis pituitoſus: quod ſi quæras, & vnde factum ſit, vt iſtæ partes in venis ſint ſub forma ſanguinis, ſi vero ſint extrauenatæ, degenerent actu in alios humores, & non amplius ſint ſanguis: reſpondeo quia omnes res in proprio loco, conſeruantur, & perficiuntur, dum vero ſunt extra proprium lo-

cum, aut corrumpuntur, aut patiuntur magnum detrimentum, & ideo ſanguis extrauenatus coagulatur, & corrumpitur, quod quidem non fit, dum eſt in venis: ex his dico, quòd illæ partes ſanguinis terreſtres, aut ſiccæ, dum ſunt in proprio loco, vt in venis, à natiuo calore venarum, & ſpiritibus conſeruantur, ſub forma ſanguinis, ſed vbi ſint extrà venas, deſtitutæ calore, & ſpiritu merito, quorum conſeruabantur ſub forma ſanguinis, quid mirum ſi corrumpantur, & degenerent, in excrementa, & actu in malos humores?

Tertio nota, quod licet in venis ſolus actu ſit ſanguis, tamen extra venas actu reperiũtur, cæteri humores, vt in ciſti felle, actu eſt bilis, in liene, actu melancolia in ventriculo pituita, ſed iſti non dicũtur humores, ſed excrementa ſecundæ concoctionis.

Quarto nota, quòd iſta mea opinio præſertim eſt vera in ſanis, quia forſan in corpore valde cacochimo, & actu ægro erit poſſibile, vt in venis actu reperiatur pituita, vel bilis, aut melancolia, licet nec hoc ſit verum niſi in extrema cacochimia.

Et veram eſſe, hanc meam opinionem, comprobo quoniam non ſunt multiplicanda

entia,

entia, citra necessitatem, sed aliorum humorum nulla est necessitas, nec ad generationem, nec ad nutritionem, cum solus sanguis sufficiat ergo: esse etiam ad mentem Gal. videatis locum ipsius vbi sic ait, vnde & eorum tam philosophorum, quàm medicorum laudanda est sententia, qui statuerunt animal ex solo sanguine, & gigni, & nutriri, vt pote, quòd consentanea rationi pronuntiauerint: & alibi disputat Gal. opinionem dicentium, vnum esse humorem, & aliorum opinionem asserentium, plures reperiri, & ait nec æquo est deinde in his facile veritatem monstrare, si quidem horum sententia vtraque probabilitate non vacat, quare Gal. non damnat nostram sententiam, sed fatetur, æque esse probabilem cum alia: Nec etiam, est contra Hipocr. quando ipse libro de natura humana, reprehendit Asclepiatum, qui ponebat solum sanguinē & quod alij humores nō essent, nec actu, nec pòtentia, sed solum vi medicamenti fierent humores actu, qui prius, nec actu, nec potentia essent; dico ergo, quòd Hipocr. concedit quatuor humores in venis in potentia, & dum dicit actu reperiri, dico quod intelligit extra venis, & si quandoque dicat actu re-

2. de elemen. cap. vlt.

Cap. 2.

periri in venis, hoc solum intelligitur, in maxima cacochimia, & sic soluuntur omnes authoritates, superius adducta.

Solum sanguinem nutrire. Cap. IX.

CVM quatuor in nobis reperiantur humiditates, vt sanguis pituita, bilis, & melancolia, quaritur ergo, an omnes ista humiditates, acta sint nutrire, vel partes nostri corporis tantum sanguine nutriantur, ita vt solus sanguis, per concoctionem, posit conuerti in substantiam viuentis, ra-
3. de hist. anim. cap. 19. & c. 2. *tio dubitandi est, quoniam Aristot. credidit, solum sanguinē nutrire, quādo solum quòd*
4. de part. anim. c. 2. & 4. *est, dulce, actum sit nutrire, sed solus sanguis inter humores est dulcis, ergo solus nutrit, cōfirmatur, quia solus reperitur in ve-*
3. de part. anim. c. 5. 8. de nat. anim. c. 1. *nis pituita autem, & vtraque bilis, sunt ipsius sanguinis excrementa, excrementa autem non nutriunt, comprobat hoc idē Auer-*
1. de gen. anim. c. 9. 2. eiusdem cap. 5. 2. collig. cap. 1. *roes ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, sed ex solo sanguine menstruo, à prima generatione sumus compositi, ergo eo solo nutrimur, minor propositio est Galeni, dum di-*
2. de pot. nat. *cit, si natura veterem materia formam ser-*

uaret,

uaret, tunc omnes animalis particulæ essent sanguis; Tertio, si bilis nutrit cum sit amara partes, quæ ea nutrirentur ad gustum essent amare.

Contrariam tamen opinionem videtur habere Hipoc. Gal. & Auic. quod similiter omnes humores nutriant, quandoque lien nutritur melancolia, cistis fellis bile, &c. & ait Gal. sicuti hominis stercus, canibus est suauissimum ita iecoris excrementum, aliud lieni, alterum cisti fellis est iocundum. 3. de pot. nat.

Neutra tamen harum opinionum est vera, nisi eas sana mente intelligamus: sententia enim Arist. si intelligatur vt verba sonant, falsissima est, quoniam cum partes nostri corporis inter se diuersissime, & diuersas habeant complexiones, non eodem nutriri possunt alimento, & cum sanguis sit calidus, & humidus, solæ illæ partes, quæ calidæ sunt, & humidæ, vt carneæ, eo nutriri possent: Partes vero, quæ sint frigidæ, & siccæ non possunt sanguine nutriri, qui calidus est, & humidus: si enim omnes partes nutrirentur sanguine, essent omnes eiusdem temperamenti.

Nec etiam est vera simpliciter sententia medicorum, quoniam cum bilis flaua, sit fa-

cta ab excedenti caliditate, erit inepta alitioni, & eo magis cum sit amara tum quia non nutrit nisi ille humor, qui naturaliter est in venis, sed sic est, quod solus sanguis actu reperitur in venis, ergo solus sanguis nutrit, nec dicit Galenus, quòd lien & cisti fellis, nutriantur illis excrementis, sed fatetur solùm, quòd illis sit iucundum, & sicuti canes non nutriuntur stercore humano, sed solum est eis suaue, ita lien, & cisti fellis non nutriuntur illis excrementis, sed eis solum sit iucunda, & ex illis percipiunt quādam delectationem.

3. de pot. nat.

Quare dicamus, quòd in venis non sit actu, nisi solus sanguis: reliqui verò humores in potētia, Ideo solus sanguis nutrit, qui tamen cum sit ætherogeneus, & habeat partes diuersæ rationis, ideo diuersas partes potest nutrire, vt diximus supra: & ideo omnes partes nutriuntur sanguine, non tamen eadem parte sanguinis, quoniam aliqua pars nutritur sanguine bilioso, & altera sanguine pituitoso, &c. & sic possumus cōciliare Arist. cum Gal quòd quādo Arist. dicit solum sanguinem nutrire, per sāguinem, intelligit totam massam sanguineam, eo modo quo nos diximus supra: Gal. vero dum dicit

cit omnes humores nutrire, intelligit quòd aliqua pars nutriatur ſanguine bilioſo, alia ſanguine pituitoſo, & ne forſan hæc mea opinio videatur figmentum, dico quòd eſt ad mentem ipſius Gal. dicit enim fœtum puriſſimo ſanguine nutriri, non ergo nutritur actu ex bile, aut pituita. 5. Aphor. comm. 37. 14. vſu par. cap. 8.

De excrementis ſecundæ concoctionis. Cap. X.

CVM *ergo in omni concoctione, duo generentur excrementa tenue, & craſſum, quæritur quænam ſint excrementa huius ſecundæ concoctionis.*

Reſpondeo cum chilus ſit ætherogeneus, & habeat partes diuerſæ rationis, non omnes æqualiter à calore poſſunt immutari, vnde fit, vt dum chilus conquoquitur, diuerſa generãtur excrementa, quædam enim ſunt partes ipſius chili mediocres, quæ per vlteriorem concoctionem, conuertuntur in ſanguinem, ſed quia eſt valde difficile, inuenire ſubſtantiam, quæ non ſit ætherogenea, & diſſimilaris, ideo dico quod etiã iſtæ partes chili mediocres, quæ per cõcoctionẽ trãſ- Gal. 4. de ſimpl. medi. cap. 3.

mutatur in sanguinem, sunt etiam æthero-geneæ secundum quod aliqua eius pars à prædominio est calida & sicca, & degenerat in sanguinem calidum & siccum, qui dicitur sanguis biliosus, alia est frigida & sicca, & transmutatur in sanguinem frigidum & siccum, qui dicitur sanguis melancolicus, sicuti partes chili mediocres frigidæ, et humidæ, degenerant in sanguinem pituitosum: partes vero, quæ omnino sint moderatæ, & optimæ, transmutātur in optimum sanguinem, sed præter has, sunt aliæ partes ipsius chili adeo rebelles, et malæ, vt non possint per cōcoctionem transmutari nullo modo in sanguinem, et istæ partes, sunt in triplici differentia, quædam frigidæ, et humidæ, & adeo crudæ, crassæ, et viscidæ, vt tam modico tempore, quo reliquæ partes temperatæ conuertuntur in sanguinem, est impossibile, vt fiant sanguis, sed degenerāt in pituitam, quæ per vlteriorem concoctionem degenerat in sanguinem: aliæ vero sunt partes contumaces calidæ, & siccæ, quæ cum non possint à natura conuerti in sanguinem, aliquo pacto tamen alteratæ, & immutatæ à natura, degenerant in bilem, sicuti aliæ partes frigidæ, & siccæ, quæ non possunt

trans-

transſmutari in ſanguinem, degenerant in melancoliam: ſi ergo dicetis, iſtæ duæ vltimæ partes, non poſſunt concoqui, & mutari in ſanguinem, & quare natura laborat circa illas, & conquoquit, & non ſtatim à principio excernit?

Reſpondeo, quia à principio dum epar incipit quoquere chilum, omnes iſtæ partes bonæ, & malæ ſunt ſimul mixtæ, & ſperans natura totum chilum poſſe conquoquere, & mutare in ſanguinem, ideo coctionem totius aggreditur, ſed ſpatio temporis, videns quòd iſtæ partes malæ ſunt, adeo rebelles, vt non poßint mutari in ſanguinem, ideo tunc illas ſic alteratas, & immutatas, excernit, & ideo licet calor epatis, ſit vnus, & ſimplex diuerſa tamen generat, ex diuerſitate materiæ, quàm vis etiam diuerſitas caloris, quandoque hoc idem faciat, vt à calore excedenti, generatur bilis ſicut a temperato ſanguis: ad hoc etiam confert ratio victus, vt ſi quis calidæ, & ſiccæ temperaturæ veſcatur cibis calidis, & ſiccis, in iſto generatur maxima copia bilis.

Colligo ex his, quòd bilis ſit excrementum tenue, melancolia vero craſſum, huius ſecũdæ concoctionis, ideo natura fecit duas

partes, quæ habent attrahere, ista duo excrementa, vna dicitur cistis fellis, quæ attrahit ipsam bilem, quæ actu reperitur mixta cum sanguine, & dicitur excrementum tenue secundæ concoctionis. Altera appellatur lien, vt attrahat melancoliam, quæ actu reperitur cum sanguine, et dicitur excrementum crassum: quod si dicatis, et cur natura non fecit aliquam partem, quæ attraheret actualem pituitam, mixtam cum sanguine?

Respondeo quoniam vt communiter creditur, talis pituita non est excrementum, cum sit sanguis semicoctus, et possit per vlteriorem concoctionem conuerti in sanguinem, immo tempore in edie potest esse optimum nutrimentum, et hac ratione simul cum sanguine, per venas rapitur: Vnde natura ob hanc vtilitatem, quam præstare potest nullum peculiare instrumentum fecit, ad hoc vt ipsa separaretur à sanguine: Cistis ergo fellis facta est à natura, vt ex iecore attrahat bilem, eamque sinceram, nec alio humore adulteratam, tum quia viæ angustia crassiorem succum illabi non sinit, tum quia huiusmodi attractio, maxime ex

humoris

humoris familiaritate, & occulta conuenientia incitetur, licet enim mordax sit, & acris bilis ipsa, cistis felli, tamen non est tristis, aut infesta, sed mutua cognatione est iucunda, & amica, ex qua voluptatem, & iocunditatem percipit: Sed an cistis fellis nutriatur bile habet grauissimam difficultatem, sed melius est dicere sanguine nutriri, quem suscipit per venam conspicuam exportis iecoris in suum ipsius collum insertam, quòd si quandoque generetur maxima copia bilis, ita vt tanta non possit attrahi à cisti felle, tunc à natura, aut transmittitur ad intestina, aut per vniuersum corpus, & parit icteritiam: transmittit postea cistis fellis illam bilem, quam attrahit ab epate, ad ipsa intestina ad hoc, vt illa bilis sua acrimonia stimulet, facultatem ex pultricem intestinorum, ad expellendas fæces, ne diutius ibi detineantur, & lederent intestina, expellitur autem bilis à cisti felle ad intestina, gratia absterstonis, & mundificationis intestinorum.

Iacob. de partib. prima primi doct. 3. c. 2. de epate Fern. 6. de nat. medic. cap. 3. Andernacus com. 1. dial. 6.

Nec similiter lien nutritur melancolia, sed sanguine, aliqua tamen portio huius melancoliæ, transmittitur a liene ad

os ven-

os ventriculi, vt cum acerba sit, & austera, excitet appetitum, & eadem ratione nos in prandio, & cœna vtimur salsamentis, & rebus austeris, & acerbis, ad excitandum appetitum, quia ventriculum adstringunt, & coarctant, quare omnis actio ventriculi firmior fit, & fortior, quo quidem facto non permanet illa melancolia in ventriculo, sed in ventris sinu relabitur, & cum fæcibus descendit ad intestina, & excernitur simul cum eis.

Fern. 6. de nat. med. cap. 6. Andernacus eo loco Ferdinandus, Cassanus, Monta. 1. de vrinis, c. 7. Actuarius de differ. vrinarum cap 4 Leo Roganus de diffe. vrinarũ c. 7. Theophi. lib. de vrinis. c. 1.

Hinc damno sententiam illorum, qui volunt vrinam esse excrementum secundæ cõcoctionis, asserentes tria esse excrementa huius concoctionis, vt vrina, bilis, & melancolia, dicetis vos si ergo vrina est excrementum primæ concoctionis defertur tamen mixta cum chilo, & cum sanguine, vt reddat illum fluxibiliorem, &c. vt diximus supra. Cum igitur chilus sit iam in epate factus sanguis, & nulla sit amplius necessitas ipsius vrinæ, quid ergo erit de illa?

Respondeo, quòd natura fecit renes, qui per venas emulgentes, attrahunt istam, acquositatem vrinalem, & per vreteres illam transmittunt ad vesicam, & excernitur per vrinam, non tamen tota vrina attrahitur

hitur à renibus, sed adhuc aliqua portio, remanet mixta cum sanguine, cum enim sanguis transmittatur ad singulas partes per venas capillares, & valde angustas, ideo fuit necessarium, vt aliqua portio huius vrinæ, remaneret cum sanguine, ad faciliorem penetrationem, licet re vera in homine optime sano, & qui vtatur optimo victu, generatur pauca copia vrinæ, quæ tota potest attrahi à renibus, & eo magis, quia sanguis est ita optimus, & tenuis, vt non amplius egeat vehiculo, sed in homine, qui vtitur mala victus ratione generatur maxima copia vrinæ, quæ cum tota non possit attrahi à renibus, aliqua eius portio remanet in venis, mixta cum sanguine, & ista est illa humiditas, & aqua quæ apparet in sanguine secta vena, quæ dicitur icor.

DE

De ypoſtaſi quę apparet in vrina. Cap. XI.

DVM vrina functa eſt ſuo vehendi munere, cũ ſit inepta ad nutriendũ, quoniam eſt excrementum, ideo è iecoris cõuexo ſecernitur, et trahitur in renes, & inde defertur ad veſicam, ideo venæ cauæ vtrinque renes aßident, mox ſubter iecur poſiti, vt expeditius id muneris obirent, & renes perductus venarum emulgentium, vrinam eliciunt, ad id quidem incitati mutua, & cõi qua inter ſe conueniunt familiaritate inde fertur ad veſicam, & educitur extra, ſed quoniam in vrina apparet ſedimentum quoddam, quòd dicitur ypoſtaſis, ideo de ypoſtaſi nonnulla dicenda ſunt.

Feru. Ander. com. 1. dial. 7. Quidam crediderunt, ypoſtaſim eſſe craſſiorem partẽ vrinæ, quæ vi caloris innati, à reliqua eius materia ſecreta in himumq́. depreſſa, quæ licet ꝑ initia non appareat, ſtatim tamen poſtea ſegregatur, & ſtillatitiæ roſaceæ aquæ fæculæ modo coit: quare ypoſtaſis, eſt eiuſdem eſſentiæ, cum vrina, cum ſit eius pars craßior, quæ vi caloris in himum deſcendit, & vbi calor natiuus vrinæ ſit fortis,

tis,

tis, celeriter separat crassiores partes, & colligit in vnum, vt æquales vbique sui similes, & leues euadunt: si vero calor vrinæ infirmior fuerit, crassiorem hanc portionem tardius segregat, & non ad hima depellit, sed in medio suspendit, si vero calor languidior fuerit, tardissime eam secernit cumq; non possit cogere eam diuulsam per summa nubis modo innatantem relinquit, si vero calor summæ languidus sit sicuti in perniciosa febre putrida, aut si nimia copia humorũ peccantium opprimat, tunc nihil prorsus in vrina segregat, sed illam reliquis partibus permixtam, & confusam relinquit.

Prima ypostasis indicat calorem morbos concoxisse, quia calor est fortis. Secunda indicat calorem imbecillum, vt qui materiam coctam nondum queat superare: Tertia cruditatem, & calorem imbecillum indicat.

Sed hæc opinio patitur grauissimas difficultates, primo quoniã si ypostasis, est crassior pars vrinæ, & grauior, ergo sẽper resideret in fundo, sed tamẽ aliquãdo supernatat, aliquãdo est in media regione, et nunquã re vera est ita in fundo vasis, quin infra eã sint multæ partes vrinæ, ergo non erit densior, & crassior pars vrinæ.

cundo

Secundo, si esset grauior pars vrinæ, ergo semper descenderet in fundo, & in quacunque vrina semper appareret sicuti in quacunque aqua distillatitia, semper residet in fundo pars eius crassior; sed non semper in vrina videtur ypostasis, ergo non erit pars grauior ipsius, quia illa semper resideret in fundo: & eo magis, quia id quod est graue, de sui natura descendit ad locum decliuiorem, nec ad hoc indiget auxilio caloris, sicuti in qua distillatitia, de sui natura absque auxilio caloris, descendunt partes crassiores ad imum vasis.

4. Aphor. 75. 76. 77 & 78. *Pro maiori tamen declaratione huius rei, notandum est, quòd ea, quæ continentur in vrina, & dicuntur contenta, sunt in duplici differentia: quædam enim sunt præter naturam, vt sanies, sanguis, arenulæ, lapilli, carunculæ, pinguedo, &c. quæ nũquam apparent, nisi præcesserit aliqua causa præter naturam, & ideo non apparent in sanis: alia vero sunt contenta, quæ naturalia dicuntur, & apparent in homine sano, & tale vnum est genere (& dicitur ypostasis) diuiditur tamen in tres differentias, quia quandoque apparet, & subsidet in imo matulæ, quæ veræ dicitur ypostasis, alia est*

ad

ad mediam regionem matulæ suspensa tertia per vrinæ summa nubium aeris instar extat, quare à Latinis dicitur nubes.

Hic ergo pertractandum nobis est, de vera ypostasi, quæ apparet in sanis.

Fatentur omnes, ypostasim esse excrementum, videndum ergo est, cuius nam concoctionis sit excrementum.

Quidam dixerunt esse excremẽtum primæ concoctionis, alimenta enim, quæ conquoquuntur in ventriculo sic se habent, vt partes eius temperatæ per concoctionem conuertantur in chilum: aliæ vero partes sunt adeo rebelles, vt cum non possint conquoqui, degenerant in excrementa, quædam autem partes, medio modo se habent, ita vt nec degenerant in excrementa, cum non sint ita rebelles, nec possunt mutari in chilum, quia non sunt omnino bonæ, ideo mediam sortiuntur formam, & cum non possit ventriculus perfectæ illas conquoquere, & transmutare in chilum, illas transmutat quantum potest, & assimilat, in crassitie, & colore cum non possit assimilare in substantiam, & ista est ypostasis, quæ mixta cum acquositate vrinali, apparet in fundo matulæ.

Sed

Sed si esset vera hæc opinio, cogeremur ponere tria excrementa primæ concoctionis, quod quidem est falsum: omne enim quòd subterfugit concoctionem dicitur excrementum.

Galen. 1. Progn. cõmen. vlt. *Alij voluerunt, quod vbi chilus conuertitur in sanguinem, quædam eius partes ob sui malitiam, non possunt concoqui, & conuerti in sanguinem, sed degenerant in excrementa: partes vero temperatæ ipsius chili, per concoctionem transmutantur in sanguinem, aliqua tamen est portio chili, quæ cum non sit ita bona, vt possit cõuerti in sanguinem, nec ita mala, vt degeneret in excrementa, cum ergo medio modo se habeat, recipit mediam quandam formam, & dicitur humor crudus, qui non est amplius chilus, nec sanguis, nec excrementum, & ista est ypostasis: quæ nihil aliud est nisi portio quædam chili, quæ subterfugit optimam concoctionem, & fertur cum sanguine ad venam cauam, & ibi mixta cum acquositate vrinali, simul cum ea educitur.*

Quæ quidem opinio patitur eandem difficultatem, vt secunda sententia, quando difficile sit credere, aliquam esse portionem chili, quæ aut non conuertatur in sanguinem,

nem, aut non degeneret in excrementa.

Tenet ergo communis opinio, quòd ypostasis sit excrementum secundæ cōcoctionis, & esse crassam illam alimenti partem, quæ in epate sanguificationē refugit, & cum non possit omnino assimilari, & conuerti in sanguinem, recipit mediam quandam formam. Galen. 1. Progn. cō men. vlt.

Damno ergo hanc sententiam, si enim ypostasis est excrementum secundæ concoctionis ergo in homine optime sano, & qui vtitur optima victus ratione, aut nulla, aut modica generantur excrementa, ergo & in tali corpore, aut nulla apparebit ypostasis, vel valde pauca, sicuti & contra, cum in homine male temperato, & qui vtatur malo regimine, multa generantur excrementa, in tali apparebit ypostasis melior quàm in optime sano, & tamen contrarium apparet, signum est ergo ypostasim non esse excrementum, & eo magis, quia ypostasis esset potius signum cruditatis, quam concoctionis, cum hypostasis generetur ratione cruditatis, vt illi dicunt, cum sit portio chili, quæ subterfugit coctionem similiter non video quomodo ypostasis sit signum calorem esse fortem, cum potius secundum istam senten-

tiā m deberet esse signum cruditatis, & dimi nuti caloris ; quia si calor esset fortis & potens, potuisset conquoquere : quod si dicas ratio cur illa portio chili non conquoquatur, non est ratione caloris, sed ratione materiæ, quæ impossibile est, vt possit concoqui, etiam à validissimo calore: dico tamen, quòd licet hoc sit verum, non tamen potest arguere talis ypostasis optimam concoctionem.

Tertio, & fortius, si ypostasis per te est illa portio chili, quæ subterfugit cōcoctionem, & cum non possit omnino in epate conuerti in sanguinem, assimilatur quantum potest: contra si hoc enim esset verum, ypostasis esset rubea, quia cum caro epatis sit rubea, (cum sit sanguis coagulatus) dum nititur sibi assimilare istam portionem chili, quæ subterfugit sanguificationem, & conatur illam assimilare quantum potest, ideo assimilat in crassitie & colore, sed color epatis est rubeus, ergo ypostasis alterata ab epate erit rubea, sed cum appareat alba, signum est nō generari in epate, vt tu dicis.

Quid ergo dicendum in re tam graui? ponenda erit igitur nostra particularis opinio de ypostasi, pro quo nota: quod vena caua in

na in qua perficitur ſanguis, nutritur ex puriori parte ſanguinis: virtus enim concoctrix ipſius vena caua, aliquam portionem ſanguinis concoquendo, conuertit in ſubſtãtiam ipſius vena, & cum in omni concoctione, duo generantur excrementa, ita etiam in iſta tertia concoctione, qua fit in ſingulis partibus, & nunc fit in vena caua, generatur excrementum tenue, quod expellitur per inſenſibilem tranſpirationem, quòd ſi dicas eſſe aqueum, & cum vrina commiſceri non erramus, partes vero craßiores illius ſanguinis conuertuntur in excrementum craſſum, nam dum natura ipſius vena caua concoquit illum ſanguinem, pro ſui nutritione, licet partes craßiores non poßint mutari in ſubſtantiam ipſius vena, illa tamen craſſa partes ſanguinis à natura vena alterantur, & mutantur, quia ſperans natura à principio poſſe totum illum ſanguinem conquoquere, & mutare, in ſui ſubſtãtiam, ideo aggreditur coctionem totius, videns poſtea quòd iſta partes ſunt inepta ad nutritionem & quòd illas non poteſt omnino ſibi aßimilare, aßimilat quantum poteſt, in craßitie, & colore, & quoniam vena colore ſunt alba, ideo reddunt illum ſanguinem craßio-

rem, & album, & istud excrementũ est ypostasis, & cum in vena caua sit ipsa vrina, quæ postea attrahitur à renibus, ideo natura transmittit istud excrementum in cauitate ipsius venæ, & mixtum cum vrina cũ ea simul educitur, & est hypostasis, quæ apparet in vrina: ypostasis ergo est excrementum crassum tertiæ concoctionis, factum in nutritione venæ cauæ, seu pars crassior sanguinis, quæ subterfugit concoctionem in vena caua, & est ineptus pro eius nutritione, & cum vena caua sit recondita in penetiori parte corporis, non poterat istud excrementum expelli per cutim, sed videns natura, quòd in cauitate venæ cauæ, est acquositas vrinalis, ideo etiam ad illam cauitatem transmittit hoc excrementum crassum, quòd mixtum cum vrina, simul cum ea educitur.

Notandum tamen est, quòd differt ypostasis à sedimento licet communiter hæc duo inuicem confundantur: ypostasis enim est illa, quæ alba, leuis, & æqualis, naturaliter residet in fundo matulæ, in homine optime sano, vel ægro iam concocta materia.

Sedimentum vero, est ypostasis non naturalis

turalis crassa, & mala, qualis apparet in pueris, & in illis qui ociosam vitam degunt, vt dicit Galenus, aut quouis alio modo pleni sunt malis, & crudis humoribus: in his apparet multa copia sedimenti, quoniam cum degant vitam ociosam, & vtantur maiori copia cibi, quàm par sit, ideo non optimæ conquoquitur, & adiminuta concoctione multæ generantur cruditates, vnde multa copia humoris crudi excernitur simul cum vrina, & dicitur sedimentum: quare dicebat Galenus, nullo pacto sedimentum habet vrina si tenuiter: Copiosum vero si largius, exiguum si modice viuitur: ex quibus verbis habet Galenus, quòd corpora, quæ vtuntur plurimo cibo, & magis quàm possint conquoqui, habent maiorem copiam sedimenti: sedimentum ergo est portio crudorum humorum, vnde in morbis pendentibus ab humoribus crudis, & multis, & in febre pituitosa, apparet multum sedimentum crassum, quasi farina in fundo matulæ, sed in homine optime sano, qui vtatur optimo regimine, nullum apparet sedimentum, sed sola ypostasis, quia cibus optime coquitur, & pauca generantur excrementa, nota tamen quod natura solet

1. de cris. cap. 12.

2. progn. com. 26.

2. progn. com. 26.

quandoque moliri crisim per vrinam, & hoc dupliciter, vel quia excernat multam copiam acquositatis vrinalis, vel secundo quando simul cum vrina excernitur multum, & valde copiosum sedimẽtum, & hoc per multos dies, quando concocta materia apparet in vrina multa copia humorum crudorum, qui non potuerunt conquoqui, & per modum crisis, educuntur à natura simul cum vrina.

4. Aphor. 74.76. Gal. 4. Apho. com. 69.

De tertia concoctione. Cap. XII.

T*Ertia concoctio, fit in singulis partibus nostri corporis, cum enim ipsa concoctio inseruiat nutritioni, nec sit sine ipsa nutritio, hinc etiam factum est, quod cum omnes partes viuentes nostri corporis nutriantur, est etiam necessarium, vt in singulis partibus, fiat concoctio pro nutritione illarum, & dicitur tertia concoctio, & sicuti materia secundæ concoctionis est id quod cõcoctum est in prima, nempè chilus, ita materia, quæ conquoquitur in tertia concoctione, est illud, quod est concoctum in secunda, & quia in secunda concoctione fit sanguis, ideo*

ſanguis dicitur materia tertiæ concoctionis, & eſt illud quod conquoquitur in ſingulis partibus pro earum nutritione, quando nos ſupra comprobauimus, ſolum ſanguinem nutrire, hinc etiam factum eſt, vt ſanguis deferatur ad omnes partes corporis pro earum nutritione, & cum ſanguis contineatur in venis, inde etiam ad omnes partes deueniūt venæ, vt deferant ſanguinem, pro nutrimēto, & cum eſſet impoſsibile, vt venæ magnæ eſſent in omnibus, et minimis partibus, hinc eſt, quod venæ magnæ, diuiduntur in multos ramos, & venas, & illæ rurſus in alias, vſquequo deueniendum ſit ad venas capillares, quæ ſunt diſtributæ, per omnes, & ſingulas partes, per quas quidem venas ſanguis defertur, pro nutritione illorum partium, & in extremitatibus harum venarum capillarum, ſunt foramina, in quibus recipitur ſāguis, & cōcoquitur à natura ipſarū partium ad hoc, vt per tertiam iſtam concoctionem conuertatur in ſubſtātiam ipſius partis, ſed ante quàm ſanguis iſtæ per concoctionem, conuertatur in membrum, trāſmutatur in ſecundas humiditates: de iſtis ergo ſecundis humiditatibus, dicendum eſt.

De ſecundis humiditatibus. Cap. XIII.

Gal.7. meth.c.6. 3.d ſac.na. lib. de tab. Auic. prima primi cap. de humoribus.

SEcundæ humiditates (quæ ſic dicuntur, quoniam ex humoribus generantur, qui unt primæ humiditates) quatuor connumerantur.

Prima eſt humiditas Innominata, & eſt humor contentus in extremitatibus paruarum venarum, propinquarum membris ſimilaribus: in extremitatibus enim venarum capillarium ſunt foramina, in quibus recipiuntur humores, & conquoquuntur in tertia concoctione, ad hoc vt fiat membrũ, ed antequam ſanguis fiat membrum, Primo mutatur in hanc innominatam humiditatem, quæ caret nomine: poſt dicta foramina ſunt orificia venarum, quæ quandiu ſanguis ibi conquoquitur, manent clauſa ne ſanguis defluat, & decurrat ad alias partes ſicut dum cibus quoquitur in ventriculo os eius infernum, quod dicitur pyloron, eſt clauſum, ne cibus deſcendat ad inteſtina, prius quàm ſit concoctus, ſed facta concoctione, aperiuntur illa orificia, & effunditur illa humiditas innominata, &

ingre

ingreditur poros membrorum similariũ, & apponitur ipsis membris.

Secunda humiditas est Ros, & est humor transiẽs per omnia membra similaria, sicut Ros, qui est actus conuerti in nutrimentum, quando corpus caret nutrimẽto, & est actus humectare membra, quãdo vel nimio exercitio, defatigatione, æstu, vel alia de cã, sint exiccata: dicitur aũt ista humiditas Ros, ob similitudinẽ, quã habet cum rore in modo substantiæ. Secundo ob similitudinẽ cũ rore in operibus: sicut.n. Ros sup terrã cadens, humectat, & irrigat eã, & plantas nutrit, sic et hæc humiditas irrigat mẽbra, & tpe necessitatis quasi nutrit ea: ista tamen nõ est vera nutritio cũ Ros nõ habeat substãtiam ita solidam, vt fiat pars membri, sed nutrire potest quadam nutritione imperfecta, quæ refocillatio dicitur: carẽtibus enim membris nutrimento, calor innatus eorum quodammodo voluptuatur in humido rorido, & per ipsum prohibetur ne superflue consumat humidum radicale, vel si nutriat ex participatione alicuius pinguedinis, nutritio est exilis, & quasi nulla, & pars membri, quæ fit ex eo, est facile resolubilis: hinc nota ꝙ sicuti ex chilo, diuersæ generãtur partes

sanguis, ita ex humiditate innominata, dũ profluit in poros membrorum similarium, duæ generantur humiditates, nam ex partibus subtilioribus, & acquosis generatur Ros, ex siccioribus, & grossioribus fit tertia humiditas, quæ dicitur cambium; Ros autem non est penitus aqueus, sed partim aereus, & pinguis, & cum irrigat membra iam desiccata per resolutionem continuam, facilior fit coniunctio cambij ad membra, mediante rore quam si manerent arida sine rore, quia humidi cum humido facilior fit vnio.

Tertia humiditas est cambium, & est humor, qui parum ante coagulatus fuit, id est, inspissatus in foraminibus extremitatum paruarum venarum, & est nutrimentum iam conuersum in substantiam membrorũ, ex parte complexionis, sed non est adhuc cõuersum complete, ex parte essentiæ; pro quo nota, quòd ista humiditas dicitur cambium quia per modum cambij, succedit in locis partium resolutarum.

Secundo nota, quòd cambium est nutrimentum actu coniunctum vere nutriens membra, & est obiectum vltimæ concoctionis.

Tertio

Tertio nota, quòd dum apponitur cambium, & vnitur membris, est simile in complexione, & temperamento, ipsis membris, quibus apponitur, itaque nec ea calefacit, nec infrigidat, nec vllo modo alterat membra, & hoc modo loquendo de cambio generato ex optimo sanguine: sed non tamen adhuc est omnino simile, in essentia, quia adhuc non est membrum, nec informatum forma membri, immo virtus nutritiua paulatim agens in ipsum, & assimilans membris substantiam eius ingrossat, & adeo solidat, vt similis fiat substantiæ membrorũ, & tunc informatur forma substantiali membrorũ, & fit vera pars corporis: nota tamen quòd dum dicimus cambium esse conuersum ex parte temperamenti, intelligendum est non esse perfectæ conuersum, quia alias esset etiã conuersum ex parte substantiæ.

Quarta humiditas est humidum radicale, seu gluten, & est humor, qui intus est in membris simplicibus, à principio generationis, per quem partes nostri corporis inuicem continuantur, cuius principium, & prima radix est ex spermate, & spermatis principium ex humoribus, sed pro huius declaratione.

Primo

Primo nota, quòd ista humiditas, est humidum radicale connatum animantibus, & dicitur gluten, quia est veluti colla, qua simul tenentur partes siccæ animantium.

Secundo nota, quòd licet gluten propriè dicatur de humido radicali in existente mẽbris, à principio natiuitatis, quia substantialiter glutinat partes terrestres animantium, & ipso resoluto, statim moriuntur, potest tamen extendi nomen glutinis, ad intrinsicam humiditatem partium restauratarum per virtutem nutritiuam, quæ glutinat partes siccas dictarum partium, prohibens eas ab incineratione.

An sanguis transeat per omnes has humiditates, antequam nutriat. Cap. XIIII.

CVM ergo quatuor sint humiditates, quæ secundæ dicuntur, quæritur an dũ sanguis per cõcoctionem conuertitur in substantiam membrorum debeat primo transmutari in omnes has dictas secundas humiditates: & videtur quod nõ, Primo, quia sanguis existens in epate nutrit epar, & modica coagulatione coagulatus fit pars epatis, cum

epar

epar nihil aliud sit, quã sanguis coagulatus.

Secũdo, sanguis nutrit carnẽ, sine medio humiditatũ, quia est similior carni, quàm sint humiditates, cum sit rubeus vt caro, & istæ humiditates sint albæ.

Tertio, pinguedo circa pãniculos existẽs, nutritur sola vntuositate sãguinis, pãniculis applicata, & ab eorũ frigiditate coagulata.

Quarto extremitates venularũ, in qbus tertia fit cõcoctio, nutriũtur, et tamẽ nõ à cãbio, cũ cãbiũ fiat resudãte, vel attracta humiditate ĩnoĩata ad poros mẽbrorũ similariũ.

Fuit tamen opinio quorũdã, nũquã fieri nutritionẽ, nisi totus sanguis conuertatur in primã humiditatem, & prima in rorẽ, & totus Ros, in cambiũ, & cambium in gluten. Gẽtilis, & Iacob. de partib. prima primi cap. de humorib.

Melius tamẽ dicatis, ꝙ & si sãguis, vt nutriat debet cõuerti ĩ primã humiditatẽ, nõ tamẽ est necessariũ totã primã humiditatẽ, cõuerti in rorẽ, et ꝙ totus Ros cõuertatur in cãbiũ, sed prima humidit.ıs ordine nãlis trãsmutationis cõuertitur immediate in cãbiũ: Ros n. ẽ supfluitas quædã aquosa, ꝙ tpe illius transmutationis generatur ex prima humiditate, & non potest fieri cambium, nisi alia transmutatione transmutetur: quia Ros se habet sicuti pituita: quando enim chilus fit

sanguis,

sanguis, falsum est dicere, quòd totus chilus qui fieri debet sanguis necesse sit, vt primo, fiat pituita, & illa pituita sanguis; sed pars chili mediate fit sanguis, alia pars chili crudior fit pituita, quæ per vlteriorem cōcoctionem potest conuerti in sanguinem: idem cōtingit in tertia concoctione, nam ex humiditate innominata, pars magis temperata per concoctionem transmutatur in cambium, sed pars eius magis aquosa, & subtilis, cum non possit tam subito conuerti in cambium; degenerat in rorem, qui Ros per vlteriorem concoctionem, potest conuerti in cambium: quare ex his duo colligo.

Primo, quòd Ros est in nobis vtilis humiditas, & necessaria, & ratio est, quoniam deficiente nutrimento, potest quodammodo nutrire, & vbi corpus plus iusto exsiccetur, Ros potest illud humectare.

Secundo colligo, quòd Ros non est necessarius in ordine nutricationis, quia id quod est superfluitas consurgens in trāsitu primæ humiditatis in cambium, non est humiditas necessaria in nutritione, ita vt prima humiditas tota cōuertatur in rorem, & totus Ros in cambium: sanguis ergo, qui in tertia concoctione debet conuerti in substantiam mē-

brorum,

brorum, primo conuertitur in humiditatem innominatam, secundo in cambium.

Tertio nota, quòd transitus sanguinis per secundas humiditates in membra carniformia, velociter, & breuiter fit, ob propinquitatem sanguinis tum carne; & quia in eis virtus nutritiua est fortior, ob suam caliditatem, & humiditatem, quibus operatur, & ideo in nutritione carnis ista transmutatio in secundas humiditates, est fere insensibilis; sed transitus sanguinis in secundas humiditates pro nutritione ossium, est difficilior, & magis tarda ob oppositas causas: sicuti in membra media inter carnes, & ossa, transitus fit medio modo.

Ex his soluuntur rationes in oppositum adductæ: ad primum dico, quod pars sanguinis, quæ conuertitur in substantiam epatis, Primo inspissatur appropinquans coagulationi, & hoc est ipsum fieri humiditatem innominatam, Secundo apponitur poris epatis, vnitur, & assimilatur, & hoc est ipsum esse cambium.

Ad secundum dico, quod licet istæ humiditates concurrant in nutritione cuiusque membri, manifestiores tamen sunt in nutritione membrorum spermaticorum albo-

rum

rum valdæ distantium à natura sanguinis, sunt autem magis confusæ, & indistinctæ, in nutritione carnis, & carnosarũ partium, quanto enim extrema sunt distantiora, tanto media magis apparent, & quanto extrema sunt sibi magis propinquiora, tanto magis media latent.

Ad tertium dico, quòd pinguedo non propriæ nutritur, quia nec propriæ dicitur membrum.

Ad quartum respondeo, quòd pars humiditatis innominatæ existentis in foraminibus extremitatum paruarum venarum, resudans in poros illarum venarum, efficitur cambium.

Sed hic occurrit difficultas, si enim dantur istæ secundæ humiditates, ergo datur & quartum genus febrium pendens à putredine harum humiditatũ: cui respondeo, quod etsi putrescerent istæ secundæ humiditates, non tamen causarent febrem, cum non ex omni putredine fit febris, dum humor paucus sit, & longè à corde: Sanguis delatus per venas ad singulas partes similares pro earũ nutritione, in singulis partibus conquoquitur, & ista dicitur tertia concoctio, sed cum omnes partes similares componantur ex tri-

plici

plici substantia, vt spiritibus humoribus, & partibus solidis, ideo dico quod iste sanguis qui concoquitur in partibus similaribus, cōcoquitur à calore partium solidarū: partes enim solidæ similarium partiū sunt illæ, quæ merito proprij caloris concoquendo illam portionem sanguinis ibi delatam pro sui nutritione, illā primo transmutant in humiditatem innominatam, secundo in cambium, & deinde in substantiam membri, & ista dicitur tertia concoctio, quæ fit in singulis partibus viuentibus.

De excrementis tertię concoctionis. Cap. XV.

CVM in omni concoctione duo necessario generentur excrementa: videndum igitur est, quæ nam sint excremēta huius vltimæ concoctionts. Et cum excrementum sit in duplici differentia, vnum tenue, & alterum crassum, de vtroque in præsentiarum nobis erit sermo: Respondeo quod excrementum crassum sunt sordes, quæ à toto corpore excernuntur, quæ apparēt in linteis, & vestimentis tangentibus carnē, quæ quidē à tali sorditiæ, & excremento crasso


huius tertiæ concoctionis inficiuntur; & similiter illa craßities, quæ in capite, & toto corpore apparet, sicuti excrementa oculorũ, sordes aurium, &c.

Excrementum autem tenue, resoluitur vel per insensibilem transpirationem, quandoque etiam per sudorem, vel potius madorem, quæ quidem duo excrementa generantur ex partibus craßioribus, & tenuioribus ipsius cãbÿ, vt quæ nõ sint actæ per cõcoctionem transmutari in substantiam viuentis, quare degenerant in excrementa. Habet igitur, & hæc concoctio sua excrementa, primum tenue, quod vaporis specie insensibiliter per poros cutis resoluitur, craßsum verò excrementum instar sordium cuti extrinsecus adhæret.

DE CONCOCTIONE LIBER SECVNDVS.

SALVSTIO SALVIANO MEDICO ROMANO AVCTORE.

De concoctione humorum peccantium in ægris.



PERTRACTAVIMVS hactenus de alimentorum cõcoctione: reliquum ergo erat pertractare, de concoctione humorum peccantium, in corporibus ægris, quod quidem præſtandun nobis eſt in iſto ſecundo libro: Et primo quid ſit iſta concoctio, ſicuti ſecundo loco, ſingulas eius cauſas declarabimus.

Quid sit concoctio humorum peccantium. Cap. I.

Morbificam concoctionem, non esse præparationem humoris noxij ad expulsionem, vt perperam quidam existimarunt, inde facilè cõprobatur, quia frustra natura concoquendo peccantes humores, eos assimilaret, parti, & naturæ, cũ similitudo sit causa retentionis, dissimilitudo vero, causa expulsionis: quare si natura concoquendo malos humores intẽderet, eos præparare ad expulsionem, non illos concoquendo assimilaret: Secundo quoniam multi morbi per solam concoctionem sanãtur, absque alia euacuatione frustra ergo, à natura cõcoquitur, quòd postea non debet expelli.

Prima primi doct. 6 cap. 3.

Auicenna, alio modo definiuit hanc concoctionem, quòd sit adæquatio humorum, vt tenuium incrassatio, & crassorum, attenuatio: Coctio enim, crassos humores incidit, & extenuat, & tenues incrassat.

Cogor tamen, damnare hanc opinionẽ. Primo, quoniam attenuare, & incrassare, non est concoquere, sed præparare humores,

res, vt facilius, & melius concoquantur: hoc enim docet Galenus, dum dicit, quod in naturalem statum redire potest contrarijs, alterare oportet, crassum, & viscosum, attenuando, tenue, incrassando, & communiter vtraque concoquendo. Lib. de cōst. artis.

Secūdo, concoctio non fit ab arte, sed solum à natura, sed attenuatio, & incrassatio, fiunt etiam ab arte, ergo non sunt concoctio.

Tertio cōcoctio, fit incrassando, ergo saltim attenuatio, et incisio, non erit concoctio. Antecedens est Galeni qui sic habet, concoctio nō solum crassiorem reddit vrinam, sed etiam deiectionem, & screationem, pus &c. & alibi dicit concoctio, omnia cogit, & incrassat. 2. progn. 4. drit. vict.

Alio ergo modo diffiniuit concoctionem morbificam ipse Galenus, dum dicit: Maturatio morbi est coctio quadam, eorum quæ sunt præter naturam, hæc autem coctio deductio quædā est eius, quod coquitur, in substātiam concoquentis. 1. epidem. comm. 2. tex. com. 44.

Quibus verbis ostendit Galenus, quid sit maturatio morbi, & dicit maturatio morbi est coctio quadam, eorū quæ sunt præter naturam: sed quia poterat quispiam quærere, si

ergo maturatio morbi, est coctio eorum, quæ sunt præter naturam, id est, humorum peccãtium, quid ergo est coctio? cui respondens Galenus subiungit:

At ipsa concoctio, in concoquentis substãtiam deductio quædam est, eius quòd concoquitur: sed rursus poterat quispiam dubitare, cum ergo concoctio, sit in duplici differẽtia, alia quæ fit in sanis alimentorum, & bonorum humorum: alia in ægris, humorũ peccantium an istæ concoctiones, sint eiusdem speciei? cui respondens Galenus, statim sic dicit: Ergo, vbi corpus bene habet cumq; ei quod cõcoquitur naturæ intercedit familiaritas cum concoquente, mutatio fit, & alteratio totius concoquendæ materiæ, aut maximæ partis eius, minimumq; superat semicocti. At vero quando præter naturã affecta sunt, quod accidit vbi sint à natura immutantis, & alterantis aliena, id quod assimilatur paucum est: semicoctum vero excrementum, multum, iam sicut in corporibus sanis coctionem indicant excrementa, non secus in corporibus affectis indicabunt: & hæc Galenus.

Quibus verbis ostendit in vtraque concoctione, humores sanos, & peccantes reddi

actos per concoctionem, vt poßint nutrire: cum hac tamen diuersitate, quòd in sanis, humores qui concoquuntur, cum sint optimi ferè omnes conuertuntur in substantiam cō coquentis, & minima eius portio, degenerat in excrementa: sed in ægris humores peccã-tes, & crudi, qui concoquuntur cum sint rebelles, & mali, non omnes optime concoquū tur, nec redduntur acti vt poßint nutrire, sed solum partes illorum humorum minus crudæ, & minus rebelles poßunt per concoctionem reduci ad benignum, & nutrire: cætera vero partes, quæ multum sunt crudæ, & rebelles, cum sint ineptæ ad concoctionē, degenerant in excremēta: & ideo plura excrementa generantur in concoctione, quæ fit in ægris, quam in concoctione sanorum, sed tamen in vtraque concoctione, humores per concoctionem redduntur acti, vt poßint nutrire, & conuerti, in substantiam concoquentis.

Hoc idem fatetur Gal. his verbis: Excremēta dicūtur cōcoqui, & si mutata nutrire nō poßunt, vt bilis vtraq; & icores, sed quia sunt euicta à natura, ideo dicūtur cocta, cruda vero, quæ nō sunt euicta, ita & pus dicitur coctū, & si nulla pars ex pure alimoniā 2. de rat. vict. 44.

accipiat, veluti accipit ex crudis humoribus, & pituita, quæ reliquum perfectionis assecuta, & prorsus cocta corpus nutrire possunt: & hæc Galenus.

Quibus verbis, docet non solum pituitã, sed etiam crudos humores, ubi fuerint concocti, posse nutrire: nec per crudos humores intelligit excrementa, quando excrementa numquam possunt nutrire, vt ibi fatetur, nec pituitam intelligit, cum illos distinguat à pituita; non est ergo dubitãdum Galenum per crudos humores intelligere, humores peccantes, & causam antecedentem quæ cruda est.

2. de rat. vict. 44. 2. progn. com. 26. 1. epidem. com. 2. cõ. 44. & 46. 3. de pot. nat. cap. 7

Colligo etiam illa secundum Galenum dici cocõcta, quæ sunt euicta, & superata à natura, sicuti quæ non sunt euicta dicuntur cruda, & vt idem Galenus testatur vinci nihil aliud est quam altera-

ri.

Qui

Qui nam humores conquoquantur in morbis, & quid sit cruditas morbifica. Cap. II.

Materialis causa huius morbifice concoctionis sunt humores crudi, quoniam non potest cõcoqui nisi id quod est crudum: sunt autem humores dicuntur crudi, quãdo aliquo modo alterati, & mutati sunt à naturali statu: vel secundum nos, est solus sanguis secundum eius diuersas partes, mutatus à naturali statu: sed quis nam est iste humor mutatus à naturali statu, qui debet concoqui: respondeo quòd non est humor actu putridus, & omnino corruptus, quia id quod putridum est, non potest concoqui, nec reduci ad benignũ, quare nulla indiget con coctione, sed debet statim euacuari: nec similiter erit humor omnino bonus, cum istæ non indigeat concoctione, vt reducatur ad benignum, cum sit bonus, & benignus, ergo necessario sequitur, ex sufficienti partium enumeratione, quòd materia quæ debet con coqui, cum non sit humor omnino, bonus nec omnino malus, erit humor medio modo se habens, nec omnino malus, nec etiam omni-

n obo-

no bonus, & iste humor dicitur crudus, ideo indiget cōcoctione: pro maiori tamē declaratione huius rei, videndum est, quid sit ista cruditas morbifica, & qua ratione humor dicatur crudus.

De cruditate noua opinio Authoris.

Cui quidem difficultati respōdeo, quod vt ego credo, cruditas morbifica, est potētia ad futuram putredinem: tunc enim humores dicūtur crudi, quādo acti sunt, vt quàm facillimè putrescāt, & sunt potētia putridi, & in potētia adeo propinqua, vt nisi quàm primum natura, & Medicus succurrāt, de facili actu putrescēt: & vnde factum est, vt humores quādoque sint ita dispositi, vt de facili possint actu putrescere, & dicātur crudi? respōdeo, quod mala quædam qualitas, introducta in humoribus, seu in sanguine, reddit illum crudum & malum.

Ista autem mala qualitas, nihil aliud est, nisi caliditas quædam præter naturam, introductam in humoribus, seu in massa sanguinea: Ista autem caliditas non naturalis introducitur in humoribus, ratione obstructionis: & quomodo dicetis vos, obstructio potest esse causa, vt introducatur in massa sanguinea, ista caliditas præter naturam?

Respondeo

Respōdeo, ꝙ vbi est ignis, necessario ibi reperitur vapor fuliginosus, veluti fumus, & excremēta fuliginosa, acria, calida, & mordacia, quæ pro cōseruatione, caloris necessariū est, vt poßint euaporare, & exalare, ad hoc, vt calor nō solū cōseruetur, sed etiā, vt sit magis suauis, & tēperatus: qui quidē vapores fuliginosi, solēt in corporibus exalare, & euaporare per poros ipsius cutis: sed vbi cō tingat ꝙ cutis ipsa, sit obstructa, & pori adstricti, tūc illi vapores fuliginosi, soliti euaporare, tūc obstructa cuti nō poßūt, quare retrocedūt ad intra venas, & sua acri, & mordaci caliditate, sāguinē existētē in venis, excalefaciūt, et in eo introducūt gradū quendā nō nālis caliditatis, nō secus, ac fumus, ubi nō hēat exitū, excalefacit mordaci, acri, et maxima caliditate, vniuersam domū: vbi vero humores, vel sāguis, rōne dicta, factus fuerit calidus plus iusto, statim adeo alteratur, ab illa caliditate extranea, qđ mutatur à nāli statu, et recedit à ꝓprio tēperamento, et dicitur crudus. i. rebellis ipsi naturæ, q̄ licet actu nō sit putris, est tamē potētia putris, et actus, vt de facili poßit actu putrescere, nisi ab eo remoueatur illa caliditas non naturalis, ratione cuius, dicitur crudus.

Cruditas

Cruditas ergo est potentia propinqua ad actualem putredinem, quæ ortum ducit à caliditate non naturali, introducta in sanguine, ratione obstructionis: & tunc isti humores crudi dicuntur concocti, quando ab illis tollitur illa caliditas, & reducuntur ad benignum & nō sint amplius in potentia propinqua, ad futuram putredinem, sed ad propriũ temperamentum reducantur, & acti sint nutrire partes viuentes.

Humores ergo, qui sunt potentia putridi, & dicuntur crudi, sunt omnes humores, & tota massa sanguinea, quæ continetur in venis, præsertim in venis magnis, & ista dicitur causa antecedens, in istis febribus. Antecedēs enim causa, est tota massa sanguinea, quæ est in venis, quæ non est actũ putrida, sed solum in potentia: & ideo sola causa antecedens in febribus, est cruda, & sola concoquitur à natura: sed præter causam antecedentem reperitur etiam in febribus, causa coniuncta, de qua nunc dicendum est: & pro eius declaratione nota: statim quod in massa sanguinea, introducta est illa caliditas non naturalis, quæ reddit humores crudos, oritur pugna, inter naturalem calorem ipsius sanguinis, & calorem illum non naturalem:

ralem: quoniam calor ille non naturalis, operando in massa sanguinea, conatur quãtum potest, illam corrumpere, & deducere ad actualem putredinem, cum sit iam ab eadem caliditate facti apti, vt de facili poßint putrescere, calor vero naturalis, contrariũ operatur, resistit enim quantum potest, & omni suo conatu, intendit tollere illam cruditatem, & illos reducere ad benignũ, & quousque durat ista pugna, perseuerat morbus: tempus enim vniuersale ipsius morbi, pendet ab ista pugna, qua quidem perseuerante, non potest naturalis calor, & ipsa natura tantum resistere, & prohibere, quin aliqua portio illorum humorum crudorum, superetur ab illo calore non naturali, & deducatur ad actualem putredinem, & ista portio causæ antecedẽtis, & humoris crudi euicta, & superata à calore non naturali, & facta actu putrida, dicitur causa coniuncta: ita vt causa coniuncta est humor actu putridus, cũ sit portio causæ antecedentis, quæ actu putrescit: statim quòd ista portio incipit actu putrescere, parit febrem, & particularem accessionem, quæ quidem particularis accessio, eousque durat, quousque tota causa coniuncta consumitur: sicuti enim ignis, eousque durat,

durat, et cõseruatur, quousque cõsumitur pabulũ, ita & febris ipsa, quæ est calor præter naturam, accensus in humore putrido, qui dicitur causa coniuncta, eo vsque perseuerat vsquequo ab eodem calore febrili, consumitur illa portio humoris actu putridi, qua quidem consumpta, cessat illa particularis accessio: sic docet Galenus 4. Aphor. commen. 63. & secundum quod citius, aut tardius aliqua alia portio causæ antecedentis, potest superari à calore non naturali, & deduci ad actualem putredinem, ita cito, aut longiori tempore superuenit secunda accessio: & quia in tertiana, calor non naturalis potens est, alternis diebus superare aliquam partem totius massæ sanguineæ, crudæ, & illam deducere ad actualem putredinem, hinc factum est, vt in tertianá accessiones fiant de tertio in tertium; sicuti quando hoc fit singulis diebus, etiam singulis diebus fiunt accessiones, vt in quotidiana febre, &c.

Colligo ex his, in hoc distingui causam antecedentem, à causa coniuncta. Primo causa Antesedens, sunt omnes humores existentes in venis, qui non actu sunt putridi, sed tantum in potentia: causa vero Coniun-

Ita non sunt omnes humores venarum, sed tantum aliqua eius portio, quæ actu sit putrida, nec ista semper putrescit in venis, nã in febre continua putrescit in venis: in febre vero intermittenti, putrescit extra venas: sed causa Antecedens semper est in venis, & nunquam extra.

Secundo colligo, quòd causa Coniuncta, cum actu sit putrida, non dicitur cruda, ergo non potest concoqui, nec vlla indiget concoctione, cum cruditas sit potentia ad actualem putredinẽ, & non actualis putredo: quare sola causa Antecedens in febribus est cruda, & est illa, quæ concoquitur à natura, & potest reduci ad benignum.

In Tumoribus præter naturam, res secus se habet, quia in eis causa Antecedens. i. humores qui continentur in venis non peccant, nec dicũtur mali, aut crudi, cum æque sint boni, veluti in homine optime sano non laborante aliquo tumore: sed in Tumoribus & in inflãmationibus, sola causa Cõiuncta dicitur mala, & peccans, quæ quidem non sicuti in febribus omnino dicitur putrida, sed est semiputris: humor. n. ille qui continetur in parte inflãmata, & in Tumore, nõ est ita putridus, vt est causa cõiuncta in febribus,

nec

nec ita bona, vt causa antecedens in eisdem febribus, vt poßit omnino per concoctionem reduci ad benignum, & aßimilari, sed medio modo se habet: ideo natura concoquendo istam causam coniunctam in tumoribus, cum non poßit illam omnino aßimilare, aßimilat quantum potest, in colore, & craßitie, & introducit mediam quandam formam, quare degenerat in pus: ideo in tumoribus causa coniuncta dicitur cruda, & est illa, quæ concoquitur à natura, & in hoc distinguuntur febres, ab inflammationibus, & tumoribus, quòd in febribus, causa antecedens dicitur cruda, & concoquitur, in tumoribus vero, & in inflãmatioue, concoquitur causa coniuncta, quæ est humor existens in parte inflammata, adeptus semimalam qualitatem, & dicitur crudus.

Quę nam sit causa vt pituita moueatur singulis diebus bilis alternis, & melancolia de tertio in tertium; & pariant diuersos circuitus febrium. Cap. III.

QVA ratione factum sit, vt febris quotidiana, quæ ortũ ducit à pituita, habeat accessionis singulis diebus, tertiana vero alternis, & quartana de tertio in tertium, sicuti res est scitu dignissima, ita quoque est adeo difficilis, vt longa indigeat speculatione: vt paucis tamen me expediam, cum obiter potius, quàm ex professo hoc loco res ista veniat pertractãda, omitto quid sentiat Galenus, & communis opinio: & rationes gentilis de fulgineo, qui damnat Galeni opinionem, & conatur ostendere, hoc esse ab occulta proprietate humorum: sicuti, & Haliabas 8. Theoricæ, cap. 4. hoc refert ad tres causas sensibiles, & manifestas. 2. de diff. feb. c. 4. in fine. & 13. Curtius Oddus. Gẽtilis in q. strauag. q. 24.

Licet conciliator, & Dinus fateantur hoc fieri à motu ipsius Lunæ: Quamuis Conciliator diff. 88

Auerrois, aliam inuestigauerit causam. 4. colliget. cap. 27.

Authoris opinio.

Quid ergo dicendum in re tam graui, ac difficili?

Propria igitur sententia Respōdeo ad prædictam difficultatem: pro cuius quidem declaratione, duo veniunt consideranda.

Primo, quæ nam sit causa ipsarum accessionum in febribus. Secundo, quæ sit causa, vt in quotidiana accessiones fiant singulis diebus in tertiana alternis, & in quartana de tertio in tertium: quo ad primum considerandum est in omnibus febribus, duplicem reperiri causam, nempè Antecedentem, & Coniunctam: Antecedens sunt omnes humores, qui continentur in venis, in quibus cum introducta fuerit caliditas, præter naturam, eo modo quo supra declarauimus, statim sunt in potentia propinqua ad futuram, & actualem putredinem, & potentia dicuntur putridi: dum vero aliqua portio huius causæ antecedentis, fuerit euicta, & superata à calore febrili, qui est calor præter naturam, tunc subito vbi prius erat solum potentia putris, redditur actu putrida, & actu putrescit, & dicitur causa coniuncta: est igitur causa Coniunctà portio causæ antecedentis,

tis, quæ dũ est superata, & euicta à calore febrili, actu putrescit, & statim quod actu putrescit, parit nouam, & particularem accessionem, quæ quidem particularis accessio, eo vsque durat, quousque illa causa coniuncta consumitur à calore febrili; eo quia febris, & particularis accessio, nihil aliud est nisi calor præter naturam, accensus in causa coniuncta, id est, in humore actu putrescente: & sicuti ignis eousque durat, quo durat, & consumitur pabulum, quo consumpto extinguitur ignis, hoc idem contingit in accessionibus ipsis, in quibus consumpta causa coniuncta, in qua accensus est calor febrilis, statim cessat febris, eo quia causa coniuncta consumitur in singulis accessionibus: quod si ad eius consumptionem requiratur spatium 24. horarum necesse est, vt illa particularis accessio, quæ ortum ducit ab illa causa coniuncta, duret, & perseueret toto spatio 24. horarum, quod si ad hoc, vt consumetur, indigeat longiori tempore, vt spatio 36. horarum, etiam & ipsa febris, & particularis accessio terminabitur spatio 36. horarum, &c. vnum tamen considerandum est, quod ista causa coniuncta ab actuali putredine acquirit malam quamdam qualitatem, ratione

 cuius,

cuius, stimulat facultatem expultricem ad sui expulsionem, & cum ipsa contineatur in venis magnis, ideo sua mala qualitate stimulat facultatem expultricem magnarum venarum quæ irritata, expellit causam coniunctam, id est, humorem actu putrescentem, ad extra venas si sumus in febre intermittenti, vel ad venas minores, si fuerit febris continua, & statim quod fit ista expulsio causæ coniunctæ, subito fit particularis accessio.

Colligo ex his, quod ad hoc vt fiat particularis accessio duo necessario requiruntur. Primo, vt aliqua portio causæ Antecedentis, degeneret in cām coniunctā, & actu putrescat: Secūdo vt ista cā coniūcta nēpe humor actu putridus, expellatur à venis magnis, ad venas minores, vel extra venas. Secundo, quod cum in febre quotidiana, pituita putrescat singulis diebus, ideo singulis quoque diebus, expellitur à venis maioribus ad minores, vel extra venas, ideo & singulis diebus fiunt accessiones: bilis vero cum non putrescat nisi alternis diebus, quia solum alternis diebus portio causæ antecedentis (quæ in febre tertiana est sanguis biliosus, sicut in febre quotidiana est sanguis pituitosus, & in quartana sanguis melancolicus)

colicus) degenerant in causam coniunctam, & actu putrescit, ideo & eius expulsio non fit, nisi alternis diebus, & accessiones in tertiana fiunt tantum alternis diebus, sicuti & melancolia degenerat in causam coniunctam, & actu putrescit de tertio in tertium. Quod si rursus quæratis, qua ratione factum sit, vt pituita putrescat singulis diebus, bilis alternis, & melancolia de tertio in tertium.

Respondeo, quod ratio est duplex, cum enim particulares accessiones fiant, quando aliqua portio causæ Antecedentis, degenerat in causam Coniunctam, & actu putrescit, hinc etiam factum est, quod quo citius fit ista degeneratio causæ Antecedentis, in coniunctam, eo citius fiunt accessiones: & in quo consistit dicetis vos, ista dispositio quæ facit causam Antecedentem, posse minori tẽpore degenerare in causam Coniunctã?

Respondeo hoc fieri duplici ratione. Primo ratione quantitatis. Secundo, ratione qualitatis ipsius causæ Antecedentis: ratione quantitatis, quoniam causa antecedens, aut est multa, aut pauca: si causa antecedens fuerit multa, tunc dico quod facilius, & citius aliqua eius pars degenerat in

causam coniunctam, & actu putrescit, quam si esset pauca : ratio vero cur si multa fuerit, facilius putrescat, est ista, quoniam si tunc aliqua portio causæ antecedentis, degenerat in coniunctam, & actu putrescit, cum fuerit euicta, & superata à calore febrili, certum est, quod calor febrilis, facilius, & citius poterit superare aliquam partem causæ antecedentis si fuerit multa, quàm si fuerit pauca : quoniam si modica sit, modico negocio, & bene potest tueri, & defendi à calore naturali, ne aliqua eius pars superetur à calore præter naturam, sed si talis causa antecedens, multa fuerit, non potest ita tota custodiri, & defendi à calore naturali, cũ multa sit quin continuo, & citissime, aliqua eius portio superetur à calore febrili, & actu putrescat : melius enim custodiri potest à natura, pauca quantitas, quam multa : exemplo sint vobis, magnæ Ciuitates, quæ difficilius defendi solent, & citius ab hostibus capiuntur, quam minores Ciuitates :

Respondeo igitur ex his ad secundũ quæsitum, quod cum in corpore nostro, maior sit copia pituitæ, quam bilis, & plus bilis, quam melancoliæ, hinc etiam factum est, vt citius, & facilius putrescat pituita, quam bilis, &

citius

citius bilis, quam melancolia, ratione multitudinis: vt enim supra declarauimus in febre quotidiana, causa Antecedens, est sanguis pituitosus, in tertiana sanguis biliosus: & cum sanguis pituitosus sit in maiori copia, quam sanguis biliosus, ideo citius putrescit: quod autem multitudo causæ Antecedentis sit in causa, vt illa citius putrescat, hinc patet quod si bilis in Socrate fuerit in mediocri, & conuenienti quantitate, non putrescit nisi alternis diebus, & parit simplicem tertianam, quod si bilis aucta sit in maiori quantitate, tunc singulis diebus putrescit, & singulis diebus parit accessiones, & fit duplex tertiana: similiter et melancolia, si fuerit mediocris, putrescit de tertio in tertium, et parit simplicem quartanam, quod si tamen melancolia, augetur plus iusto, citius putrescit, nempè alternis diebus, et parit duplicem quartanam, et si adhuc aucta fuerit in maiori quantitate, etiam citius, et quotidie putrescit; et singulis diebus habet accessiones, et parit triplicem quartanam: videte igitur quomodo multitudo causæ Antecedentis est causa, vt citius putrescat, & veluti pituita ob sui multitudinem singulis diebus putrescit, ita & bilis, & melancolia si multum

augeantur, putrescunt ratione multitudinis singulis diebus: non sufficit tamen sola multitudo, quoniam esto quod in homine bilioso sit maior copia bilis, quam pituita tamen bilis mouetur alternis diebus, et pituita singulis diebus: ideo secunda, et altera requiritur conditio, nempè qualitas ipsius causæ Antecedentis: ratione enim qualitatis ille humor facilius, et citius putrescit, qui magis humidus sit, cum res humidæ citius putrescant, quam siccæ, quoniam ergo pituita magis humida est, quàm bilis, et bilis plus quàm melancolia, hinc etiam factum est, vt ratione humiditatis, citius putrescat pituita, quā bilis, & facilius bilis, quam melancolia.

Erit igitur duplex causa, quare vnus humor altero citius, & facilius putrescat. Prima est multitudo, secunda humiditas, & quoniam pituita est in maiori quantitate, et magis humida quam bilis, & bilis, magis quam melancolia, ideo pituita citius, & facilius putrescit, quam bilis, & bilis citius, quam melancolia.

Et si dicatis hæc omnia ostendere, pituitam solum citius putrescere, quàm bilis, non tamen demonstrant cur pituita putrescat spatio 24. horarum, & nō: is, & bilis spatio 36.

ho

horarum, & non 30. &c. vel 40.

Respondeo, quod reddere rationem huius rei, est impossibile, sed sat est conoscere, cur pituita citius putrescat, quam bilis, & bilis magis, quàm melancolia, vt enim docet Galenus, causam horum circuituum nō promptum est inuenire. 3. de dieb. decret. c. 8

De causa efficienti huius concoctionis. Cap. IIII.

CRudi humores concoquuntur à calore naturali partium solidarum, vt docet Gal. adiuuatur tamen, à calore spirituū, vt seruent debitam caliditatem, ex Gal. & à rebus excalefacientibus. 1. epid. commen. 2. 46. 2. Aphor. com. 7. 6. de pla. 1. progn.

Dubitatur tamen cū in febre putrida, calor nālis conuertatur in igneum, quō poterit cōcoquere peccātes humores? et quō dicimus hāc cōcoctionē fieri à caliditate naturali pura, & sincera? Respōdeo licet in his febribus putridis, naturalis calor ipsorū humorū, factus sit igneus, cū iā calefacti sunt, & accēsi: Calor tamē nālis partiū solidarū, nō est mutatus in igneū, quādo in istis febrib. putridis mēbra solida nō sunt excalefacta, & accēsa, sed tantum incalescāt, nam aliud est mēbra Aristot. 4. methe. c. 2. 5. de simpl. med. facul. cap. 6. Gal. 1. epidem. com. 2. tex. commen. 46.

incalesce-

incalescere, aliud incaluisse: & ideo cum in putridis febribus, calor innatus solidarum partium, non sit mutatus in igneum, ideo poterit concoquere crudos humores, & ipsa alimenta: quod si etiam membra solida accendantur, & ponantur in calefacto esse, ita vt calor eorum factus sit igneus, tunc non posset amplius concoquere, nisi prius solida mẽbra in propriam simmetriam reuertantur, & quando hoc contingit in febribus, dico ꝙ non erit ista febris putrida tantum, sed coniũcta cum ethica, & in tali casu, curanda est prius ethica, quàm putrida febris, cum putrescentes, & crudi humores, qui pariunt putridam, non possint concoqui nisi à solidis membris, praua caliditas remoueatur.

Auenz. 1. theisir Ma rdardus li. 13. epist. 1. Altomaris lib. de concoctione.

Hinc damno illorum sententiam, qui per peram crediderunt efficientem causam huius morbificæ concoctionis, esse calorem mixtum, ex duplici calore, naturali, & non naturali: & probant tali ratione, quoniam in concoctione puris, pus nec veræ, nec omnino assimilatur, nec veræ corrumpitur, quare patet, quod ista concoctio, est à duplici calore: si enim fieret solum à naturali, prorsus assimilaretur, & nutriret, si à non naturali, omnino corrumperetur: Cum ergo pus mediam

seruet

seruet formam signum est concoqui, à duplici calore.

Cum tamen Galenus dicat fieri à calore naturali; nulla facta mentione de calore nō naturali, & mixto, non erit ergo recipienda istorum opinio: & eo magis, quia dicit Galenus, quòd in inflāmationibus, quæ ad maturitatē perueniunt, sanguis qui in parte est dominatur, concoquitur, & ducitur ad suppurationem à natura illius partis: quibus verbis ostendit Galenus concoctionem, non fieri à calore non naturali, vel mixto, cum ille non sit natura: sed clarius hoc idem dicit Galenus his verbis: At crudæ erant, & longo tempore durabant, tum ob humiditatem, tum frigus: si quidem maturationem fluxiones, cum ab insito calore suppurantur, consequuntur: & paulo infra dicit, iam vero naturalis animantium calor, si sit validior, humores earum celerius concoquit, si vero sit imbecillior, vix longiori interuallo superior euadet, & euincere humores valet: & alibi dicit, dum generatur pus dolores fiunt, & febres, quod natiuus calor humores Tumoris authores immutat: Nota tamen, pro maiori declaratione, quod isti nesciētes distinguere, inter os, & offam, omnia

con-

Locis citatis.

De fract. com.2.

1.epidem. com.2.t. com.6.

Epid.3. com.1.

confundunt quando id solum quod probant fieri in concoctione puris, credunt esse vniuersaliter verum, de omni morbifica concoctione, fieri à mixto calore: Nos autem hactenus demonstrauimus, veram concoctionem, fieri tantum in febribus, circa causam Antecedentem, quæ propriæ dicitur cruda, et proprie concoquitur, & potest reduci ad benignum: in Inflammationibus vero, & Tumoribus causa coniuncta, nõ dicitur proprie, & vere cruda, cum non sit tantum potentia putrida, sed actu semiputris, ideo nec etiam optimè potest concoqui, cum non posit omnino reduci ad benignum: quare in Tumoribus non est spectanda optima cõcoctio: Nos autem in præsentiarum, loquimur de vera, & perfecta concoctione, quæ tantum fit à naturali calore partium solidarum, licet fortasse imperfecta concoctio puris, posit fieri, à calore illo mixto, quamuis nec etiam hoc sit verum, vt comprobauimus ad mentem Gal. hanc etiam fieri à naturali calore: quod clarißime docet Gal. lib. 5. de simpl. medic. facult. cap. 6.

2. Aphor. com. 47. *Quod si dicas, contrarium docet Galenus pus generari à calore mixto: respondeo pus fieri tantum à naturali calore, sed non*

plane

plane vincente: dicitur tamen fieri etiam à calore non naturali, non vt à causa efficienti, sed vt à causa prohibente: Pro cuius declaratione, pono rem in exemplo, si ego proficiscor, ad ædem Diui Petri, & in medio itinere, Socrates mihi obuiam veniat, & impediat ne vltro progrediar, tunc Socrates dicitur causa, vt ibi peruenerim, non quia sit causa efficiens huius motus, sed quoniam prohibet, ne vlterius progrediar: Ita & calor non naturalis, dicitur causa puris, prout impedit, & prohibet, ne calor naturalis, possit omnino reducere ad benignum, & assimilare humorem peccantem, ideo remanet imperfecte concoctus, & sub forma puris: quòd si dicas Galenus 4. Aphor. 57. dicit humores peccantes, in conuulsione concoqui à calore febrili, Respondeo, quòd sic intelligitur, quòd à febrili calore, extenuantur crassi humores, ad hoc vt sic dispositi, facilius concoquantur à naturali calore, vt diximus exponendo illum Aphorismum.

DE

De causa finali morbificę concoctionis. Cap. V.

FInis, & intentum naturæ in ista concoctione morbifica, est vt aßimilet sibi humores peccantes, & crudos, vt ex illis poßit nutriri, & illos conuertere in substantiam viuentis; quod declarat Galenus, dum dicit Coctio horum humorum peccantium, & crudorum, est deductio quædam eius, quod concoquitur, in substantiam conconquentis: & alibi hoc idem fatetur, quòd natura in inflammationibus concoquit, vt aßimilet, sanguinem illum male affectum, quię tamen ob malam qualitatem, non potest omnino aßimilare, aßimilat quantum potest, nempè in colore: & inde fit vt pus coctum, sit album, quia cum concoctio fiat à calore partium solidarum, quæ albæ sunt, idea red dunt pus album: erit ergo vera istamea opinio, & ad mentem ipsius Galeni: ex his nota, quod cum omnes partes nutriantur sanguine hoc est verum dummodo sanguis ipse, proprium habeat temperamentum, quod si multum excedat non amplius est actus nutrire, aut male nutrit: hinc factum est, vt

2. de rat. vict. 44.
1. epid. cō. 2. t. c. 44.
In fi. 1. lib. de pdictione de pure.

vbi

vbi humores recesserint à naturali statu, & facti fuerint rebelles, & crudi, eo modo quo supra declarauimus, tunc reddun tur inepti ad optimam nutritionem, & imminet periculum, ne actu putrescant. Ideo natura, aggreditur concoctionem horum hu morum, & merito huius concoctionis, inten dit tollere illam cruditatem, & calorem non naturalem in illis introductum, adhoc vt illi humores reddantur apti, vt poßint optime nutrire partes viuentis, qui numquam reducuntur ad naturalem statum, nisi tollatur ille calor præter naturam; Ita vt Concoctio morbifica, nihil aliud est, nisi Victoria naturæ contra humorem peccantem: Cum enim calor naturalis partium solidarum, superauit calorem illum extraneum, tunc illi humores dicuntur concocti, & reducti ad naturalem statum, & optime possunt nutrire: vnde tunc humores peccantes, & crudos, dicimus esse concoctos, quando sunt euicti, & superati à natura, reducti ad benignum, & naturalem statum, ita vt non amplius, sint apti, vt de facile poßint putrescere. Intentum vero, & finis principalis ipsius naturæ, ratione cuius mouetur, vt concoquat hos hu mores crudos, est vt illos reddat aptos, vt

2. de rat. vict. 44. 1. epid. c6. 1. t. c. 46.

possint nutrire partes nostri corporis, & sibi illos omnino assimilare.

Si ergo iste est finis huius concoctionis, semper natura frustatur suo fine, cum numquam in morbis natura reducat adeo ad benignum peccantes humores, vt nutriant: Cui quidem difficultati respondeo, quòd causa Antecedẽs in febribus, quæ cruda est, & coquitur, maior eius portio per concoctionem reducitur ad benignum, quia si tota corrumperetur, & actu putresceret, non sanaretur æger: sola autem aliqua eius portio minima, quæ magis est rebellis, & mala, nõ potest concoqui, nec reduci ad benignum, & ista non nutrit, quia non concoquitur, illa vero maior portio, quæ potest concoqui, reducitur ad benignum, & ista potest nutrire.

Si dicas non esse verum, naturam concoquere, vt reducat ad benignum, cum in morbo lætali, vbi moritur æger humor peccans non reducitur ad benignum.

Respondeo, quod ibi humor peccans non cõcoquitur, ideo moritur æger: humor enim peccans, & crudus non concoquitur nisi in morbo salubri, & hoc perpetuo est verum crudos, & peccantes humores, non esse concoctos

ctos nisi in morbo salubri, & semper quod sunt concocti, sunt etiam reducti ad benignum, & apti, vt possint nutrire: & ideo vt ego credo, non omnis humor peccans concoquitur, nec in omni morbo fit concoctio, sed solum in morbo salubri, quod probatur, quia optima concoctio fit in declinatione vniuersali ipsorum morborum, quando tunc non moritur æger, vt docet Gal. ergo facta optima concoctione, & dum humores optime sint concocti, æger non moritur, sed semper sanatur, nam optima concoctio fit solum in declinatione vniuersali morborum, & in sola declinatione peccantes humores dicuntur optime concocti, sed in morbo lætali, in quo moritur æger, non reperitur declinatio vniuersalis, ergo nec optima concoctio: ergo nec humores concocti: minor probatur, quia nunquam in declinatione moritur æger: quare solum morbi salubres deueniunt ad declinationem. 3. de crisi

Quod si dicas, affirmat Galenus, hos humores peccantes non posse nutrire; respondeo quod loquitur de humore actu putrido, aut de pure, & non de causa Antecedenti, quæ potentia tantum est putrida. 2. Aphor. com. 47.

Quare damno communem opinionem, Auic. prima primi

doc.6.c.3. Manard.lib.13.episto.1. Altomar. de concoctione.

affirmantem naturam concoquere humores crudos in ægris, vt facilius expellat: experiētia.n. docet, quòd cōcocta materia, melius & facilius expellitur, & euacuatur: Cruda vero, nonnisi cum maxima difficultate.

Dico tamen naturam non concoquere humores, vt eos facilius expellat, vt perperam omnes hactenus crediderunt, sed concoquit vt ego credo, vt reducat ad benignum, & inde ex eis poßit nutriri, & sibi illos aßimilare: cum ergo in tota massa sanguinea, introducta sit illa caliditas non naturalis, ratione cuius humores dicuntur crudi, & incipit morbus, statim natura aggreditur concoctionem totius massæ sanguineæ, quia sperat natura totam posse reducere ad benignum, & à tota massa tollere illum calorem non naturalem: & ad hoc vt concoquat illos retinet, & amplectitur: quia tamen ista massa sanguinea licet tota sit mutata à naturali statu, & proprio temperamento, non tamen æqualiter, sed aliquæ eius partes sunt adeo mutatæ, vt impoßibile sit vt poßint concoqui, & reduci ad benignum, aliæ vero sunt partes quæ licet mutatæ sint, possunt tamen cum non sint adeo rebelles, reduci per concoctionem ad benignum, & ad proprium temperamen

peramen

peramentum, vtrasque partes incipit concoquere ipsa natura, quoniam vtrasque sperat posse superare, & reducere ad benignum: sed postquam natura longo tempore laborauit circa has partes concoquendo, videns quod non potuit concoquere, & reducere ad benignum, nisi partes minus rebelles, & minus crudas, & quòd reliquæ partes magis rebelles, impossibile est vt possint concoqui, & frustra laborare, ideo illas, veluti excrementum expellit; nec illas amplius amplectitur, nec retinet sub suo dominio: hinc est quod concoctis humoribus crudis, qui possunt concoqui, cæteri qui non possunt concoqui, facilius expelluntur, & euacuantur, non quia sint concocti, cum re vera non concoquantur, sed quoniam tunc non continentur a natura, nec sunt amplius sub eius dominio, & ideo in tali euacuatione, habemus naturam adiuuantem hanc euacuationem, quod quidem nō contingebat antequam fuissent concocti humores, qui possunt concoqui: quia tunc natura hos prauos humores, qui non concoquuntur, & nunc expelluntur, mixti sunt simul cum alijs bonis, quia sperat natura, à principio posse omnes concoquere, ideo omnes retinet sub suo dominio, & si tunc vo-

Hinc, & aliud notata, quòd natura cōcoquēdo hos humores, illos incrassat; non vt quia crassi facilius euacuētur, vt falsò multi existimarūt, quādo potius, è cōtra, humores tenues facilius euacuātur, sed eos incrassat, quia Cōcoctio fit incrassādo, vnde crassi cū fuerint facti à natura per cōcoctionē, facilius expellūtur, nō quia crassi, sed quia vt diximus nō continētur amplius a natura, nec sunt sub eius dominio, sicuti erāt dum erāt à principio morbi, tenues, & crudi, sperans posse eos assimilare.

Sed falsam esse hāc meā nouā opinionē, q.s. in morbis natura cōcoquat peccātes humores, vt illos reducat ad benignum, & ex illis possit nutrire, dicetis vòs docet Hipocratos Cōcocta medicari: vbi docet, ea quæ sūt Concocta, esse euacuanda: sed per nos humores tunc dicuntur Concocti, quādo sunt reducti ad benignum, ad quid ergo docet Hipocrates, bonos, & benignos humores esse euacuandos, ergo vel male dicit Hipocrates, vel non est verum, quòd nos dicimus humores, tunc dici Concoctos, quando sunt facti boni naturales, & reducti ad benignū, cū isti humores nullo modo debent euacuari, quoniā Euacuatio cōpetit humoribus 1. Aphor. 22.

peccantibus, & malis: vnde potius debebat dicere Hipocr. Cruda esse medicanda, & non concocta.

Res certè est adeo difficilis, vt habeat grauissimam difficultatem, quid habeat Hipoc. loco citato dũ dicit Concocta Medicari, &c. Spero tamen diuino fauente numine, rem ipsam dilucidissime noua & vera, vel saltim probabilissima expositione declarare.

Noua expositio 22 Apho. primæ par.

Dico igitur Concocta nullo pacto esse euacuanda, quia tunc dicitur humor concoctus, quando factus est bonus, & benignus, & non amplius peccet, sed humores boni, & secundum naturam non debent euacuari, sed solum humores peccantes, & mali debent euacuari, quales sunt humores crudi, ergo Cruda sunt euacuanda, & non Concocta, vt perperam hactenus omnes crediderunt: Sententia igitur Hipocrat. non erit vt Concocta sint purganda, & non cruda, ita vt ipse velit quod humor peccans non sit purgandus, nisi sit optime cõcoctus, quia hoc est falsum, cum humor concoctus, non sit amplius malus, sed bonus, & aptus, vt possit nutrire: quare erit conseruandus, pro nutritione corporis, & non euacuandus, cum solum sint euacuandi mali, & peccantes humores, facientes morbum

bum: humor autem Concoctus, non amplius parit morbum, cum per concoctionem sit reductus ad benignum: Cum ergo solum debent euacuari humores peccantes, & mali facientes morbum: tales autem sint Crudi, et rebelles, ergo Crudi humores sunt euacuandi, et non Concocti, in febribus ipsis.

Nota, quòd licet solus humor Crudus sit purgandus, non tamen est purgandus, nisi postquam humor, qui iam erat crudus, et potest cōcoqui, sit cōcoctus, et reductus ad benignum: Tota enim causa Antecedēs, vt diximus dicitur cruda, vt tota incipit cōcoqui à natura, nō tamen tota æque, et eodem modo dicitur cruda, sed aliqua eius portio, est adeo cruda, et rebellis, vt impoßibile sit, vt poßit cōcoqui, & reduci ad benignum: altera vero licet cruda sit, & rebellis, non tamē est adeo mala quin non poßit per concoctionem, reduci ad benignum, & ideo progreßu temporis, non tota causa Antecedens concoquitur, sed solū aliqua eius portio minus cruda, & rebellis: altera autem eius pars magis cruda, & rebellis, non potest concoqui: quod si dicatis, quæ ergo portio causæ Antecedentis debet euacuari à me dico.

Respondeo, quod humor ille crudus, qui

per Cōcoctionem potest à natura reduci ad benignum, nō debet euacuari, sed ille humor crudus indiget euacuatione, qui nō admittit Cōcoctionem, & qui adeo crudus est, vt sit impossibile, vt per Concoctionem possit reduci ad benignum: iste ergo humor tāquam rebellis, & prorsus inutilis, est euacuādus, & ideo ista quæ nō potest cōcoqui, debet euacuari ita Cruda, nō tamē est purgāda, nisi postquam prima portio, quæ potest cōcoqui, sit Cōcocta & reducta ad benignum: & quare dicetis vos ista portio causæ Antecedētis Crudaq́; nō potest cōcoqui, & ideo debet euacuari tāquam inutilis, & mala, nō debet euacuari, nisi in declinatione vniuersali ipsius morbi, apparētibus signis perfectissime Cōcoctionis, quādo. s. Cōcocta fuerit reliqua materia, quæ potest Cōcoqui? respōdeo, ꝙ iam supra hoc declarauimus, quia à principio iste humor malus, q̄ nō potest Cōcoqui, est mixtus cum humore crudo, q̄ potest cōcoqui, quoniam à principio sperat natura, totum posse cōcoquere, ideo tota causa Antecedēs retinetur à natura, & si tūc exibeamus medicamētum nō habebimus: naturam adiuuātem talem euacuationem, sed potius aduersantem.

Secūdo, quia cum isti humores sint simul

mixti, tũc medicamentum non solum educit malum humorem, sed simul etiam, & bonum, ideo tunc temporis euacuatio est mala: sed postquam humor crudus, qui potest concoqui sit Concoctus, & reductus ad benignum, videns natura, quòd aliqua portio huius humoris crudi, est adeo rebellis, & cruda, vt non poßit concoqui, & reduci ad benignum, & frustra circa eam laborare, ideo illam separat à bono, & tãquam inutilem expellit: quare si tunc (reliqua materia Concocta) exibeamus medicamentum purgans, tunc non solum, habemus naturam adiuuantem talem euacuationem, sed etiam non educitur nisi humor crudus, & peccans, quia tunc est separatus à bono, & ideo cruda non sunt euacuanda, & purganda, nisi prius Concocta materia, quæ potest concoqui, duplici ratione.

Primo, quia non habebimus naturam adiuuantem talem euacuationem, cum speret illam posse reducere ad benignum, nec adhuc sit certa, quod non poßit concoqui.

Secundo, quia non erit separata à bono, sicuti separatur post Concoctionem: prius enim fit Concoctio. Secũdo separãtur Galeni 4. Aphor. 22

excre-

excrementa, & ea quæ non possunt cõcoqui, ab eis, quæ concoquuntur, Tertio est expulsio excrementorum.

1. Aphor. 22. *Sic ergo legẽda est sentẽtia Hipoc. CONcocta: & hic debemus facere punctum: & postea legere, Medicari Oportet: Ita vt Medicari, non debet referri ad Cõcocta, vt intendat dicere Cõcocta esse medicanda, cum hoc sit falsum, vt diximus: sed vult dicere CONcocta.i. Concocta materia, quæ potest concoqui, tunc MEdicari Oportet: quasi dicat CRVda: id est, tunc sunt medicandi humores crudi, & peccantes, qui non possunt concoqui: ita vt sententia Hipoc. talis sit, CRVda sunt medicanda, & mouenda, quando reliqui humores, qui possunt cõcoqui, fuerint optime concocti: & quia non sunt concocti, nisi in vltima parte status, vel in declinatione: ideo solum Cruda quasi dicat Hipocr. sunt purganda, in vltima parte status vel in declinatione, & non in principio, vel augumento, aut prima parte status, nisi turgeant.*

Vel secundo talis est sensus Aphor. CONcocta medicari, atque mouere non: & hic faciendus est punctus: vt dicat Concocta, non esse medicanda, nec mouenda, cum opti

ma

ma sint, & reducta ad naturalem statum, de inde dicit, & declarat, quæ nam sint ea, quæ debent purgari: & dicit Cruda *: sed ne forsam quispiam crederet, quocunque tempore, cruda esse purganda, ideo addit : Neque in principijs : quasi dicat, licet Cruda sint euacuanda, hoc non est faciendum in principijs morborum, nisi turgeant, sed quasi dicat in sola declinatione.*

Vel tertio Hip. per Concocta, intelligit semicocta, & ea, quæ nos appellamus non cruda, & imperfecte cocta: quomodo excrementa dicuntur cocta improprie, & sic talia docet Hipocr. esse medicanda, & mouenda, sed ea, quæ simpliciter sunt cruda, & nullo modo euicta, & alterata, non sunt medicanda medicamento purganti, nec etiam mouenda leuiori præsidio, vt sunt frictiones, balnea, exercitium, diuretica, &c. quæ damnantur à Galeno, materia existente simpliciter cruda, qualis est in principijs morborum. 4. de sanit. tu. c. 4. & 5

Hinc nota, quod sicuti ea, quæ per concoctionem, omnino reducta sunt ad benignũ, & apta, vt possint nutrire, & conuerti in substantiam viuentis, dicuntur concocta. ita etiam, & illud, quod non potest concoqui,

qui, & conuerti in substantiam viuentis, dicitur crudum: sed inter extrema necessario datur medium, ergo & inter optime Cōcoctum, & id quod simpliciter dicitur crudum, debet dari aliquod medium, quod nō sit nec Crudum simpliciter, nec Cōcoctū, sed quod medio modo se habeat, vt licet nō possit per Cōcoctionem cōuerti in substantiam viuētis, nec tamē remanet adeo Crudū, vt aliquo modo nō cōcoquatur à natura, & cū nō possit assimilari in substantia, alterat tamē illud, & immutat, quare istud tale nō potest dici Cōcoctum, cum nō possit cōuerti in substātiam, nec dicitur Crudum, cum aliqua receperit à natura alterationem, & quasi imperfectam Cōcoctionem: quare & sortitur tertium quoddam nomē, ab vtroque distinctum; & dicitur nō Crudum, quia cum nō sit Cōcoctum, nec etiam possit dici Crudū, ideo
Aphor.22 *ab Hipoc. appellatur nō Crudum: per nō Cruda igitur, debemus intelligere illa quæ licet optime nō sint Cōcocta, nō tamē sunt simpliciter Cruda, sed aliquo modo alterata, & euicta à natura; quæ libentius appellat Hip. [...]atura quā Cōco[...]a: Talia igitur nō Cruda*
Aphor.22 *docet Hip. esse purgāda, nō tamē veniūt purgāda, nisi postquam humor Crudus, qui opti*
me

me potest cõcoqui, fuerit à natura optime Concoctus, reductus ad benignum, aptus vt possit nutrire, & conuerti in substantiam concoquentis.

Docet igitur Hipo. solum Cruda, esse euacuãda, & purgãda, tamẽ isti humores Crudi, non simpliciter Crudi debent purgari, nisi prius aliquo pacto à natura fuerint alterati, & mutati, & cum ob malam qualitatem non possint omnino cõcoqui, & reduci ad benignum, alterãtur tamen eo meliori modo, quo possunt, ratione cuius alterationis, non amplius dicũtur simpliciter Crudi, nec tamẽ dicũtur optime Cocti, ideo cũ medio modo se habeant inter Crudũ, & optime Coctũ, hinc factũ ẽ, vt tales humores hic ab Hip. dicũtur Nõ Crudi: hos ergo nõ Crudos humores, docet Hip purgãdos eẽ, vbi, & quãdo fuerit Cõcocta mã, & humor, q optime põt concoqui.

Quod si quæratis, si ergo Cruda debent purgari, quare nõ veniũt purgãda dum sunt simpliciter Cruda, & quare debemus expectare, vt à natura alterẽtur, & adipiscantur imperfectam concoctionem, & dicantur, & fiant non Cruda?

Respõdeo, hoc ea rõne fieri, vt dicemus ĩfra Cap. 7. *quia prius quã Cruda alterẽtur à natura, &*

impro-

improprie concoquantur, sunt sub dominio ipsius naturæ, ideo non habemus tunc temporis naturam adiuuantem eorum euacuationem, secundo, quia quando simpliciter sunt cruda; non adhuc sunt superata à bono.

Concoctionem sanorum esse eiusdem speciei, cum morbifica concoctione. Cap. VI.

Auic. prima primi doct. 6. c 3 Manard. lib. 13. epistol. 1. Iacob. Pacinus lib. de tenui humore, &c.

EX hijs quæ hactenus diximus, liquido constat, concoctionem morbificam, quæ fit in ægris, esse eiusdem speciei, cum concoctione, quæ fit in sanis, & si perperam contrarium communiter creditur: probo autem hanc meam opinionem ratione demonstratiua, quia eædem sunt causæ harum concoctionũ, ergo eadem est concoctio: Antecedens probatur, et primo de causa materiali, vtriusque enim cõcoctionis materia, est sanguis, quod si dicas in concoctione sanorum concoquuntur boni humores, in ægris vero mali, respondeo quod humor bonus, & malus non distinguuntur specie, immo nec numero, sicuti idem est Socrates sanus, & æger.

Secundo

Secundo conueniunt in causa efficienti, cum vtraque fiat à calore partium solidarum, vt diximus.

Tertio in fine, quia finis vtriusque est, vt humores possint nutrire, & assimilari partibus viuentis, vt demonstrauimus supra. quod si dicas non totus humor peccans reducitur ad benignum, & aptus est nutrire: respondeo, quòd nec etiam totum alimentum concoquitur, nec totus sanguis conuertitur in substantiam viuentis, cum multæ eius partes, degenerant in excrementa, Idem contingit in humoribus peccantibus quòd non omnes concoquantur, nec omnes apti sunt nutrire, sed magna eius portio.

Quarto conueniunt in forma, quando forma vtriusque cõcoctionis, sit assimilatio: humores enim peccantes concocti, assimilantur partibus.

Secunda ratio, quibus competit eadem definitio, illa sunt eiusdem speciei, sed eadem est diffinitio vtriusque concoctionis, vt dictum est, ergo eadem est concoctio: minor patet ex diffinitione vtriusq; concoctionis tradita à Galeno quod sit deductio eius quod concoquitur, in substantiã concoquẽtis.

In quibus morbis expectanda sit concoctio, & quæ conditiones requirantur ad concoctionem. Cap. VII.

Morbi cum sint in duplici differentia, in materiales quidam, vt intemperies sine materia: alij vero dicantur morbi materiales, vt qui pendēt ab humoribus peccantibus: in morbis in materialibus nulla est expectanda Cōcoctio, cum materia Concoctionis sint ipsi humores peccantes, hic vero nullus humor peccat, quare iste intemperies sine materia sanantur per solam alterationem, nulla expectata Cōcoctione: sequitur ergo, Cōcoctionem morbificam solum esse expectandam in morbo materiali, cum hac tamen diuersitate, quòd in febribus cōcoquitur causa Antecedens, in reliquis vero morbis materialibus, materia quæ concoquitur, est causa Coniuncta.

Duæ tamen requiruntur principaliter conditiones, ad hoc vt ista materia, optimæ possit concoqui à natura.

Prima est Quies, id enim quod cōcoquitur, debet quiescere, alias non concoqueretur

tur : ideo nobis inest facultas retemptrix, vt retineat debito tempore, id quod debet concoqui, vt quiescat, & hac ratione dicit Hipoc. si vrinæ tenues, & crudæ in principio morbi, non est purgandum, sed corpus quieti permittere, quod exponens Galenus in Commento dicit, sicut cibo assumpto, oportet naturam quiescere, vt ventriculus concoquat, ita & in morbo, vt Concoctio fiat: & ideo dum fit Concoctio, non debemus aliquo modo alterare ipsam naturam, ne fiat agitatio humorum, & impediatur eorum Coctio, & si aliqua Coctionis nota fuerit acquisita deperdatur : hinc collige, q̃ dum humor peccãs concoquitur à natura, non est mouendus, nec agitandus, quia impeditur eius Coctio: vnde damno communem opinionem practicantium, qui in principio, & augumento vniuersali morborum, dum materia concoquitur, exibent minoratiua : quæ præter id quod agitant, & perturbant massam humoralem, quæ concoquitur, & impediunt Concoctionem, euacuant etiam humorem Crudum non separatum à bono, & non habemus naturam adiuuãtem talem Euacuationem, vt diximus supra.

4. de rat. vict. 44.

Gal. 4. de rat. vict. com. 44.

Gal. 1. Apho. 24. 2. Aphor. com. 9. *Secundo, requiritur, vt humores Crudi disponantur, & praeparentur, vt facilius co- coquantur à natura adeo, vt si fuerint lenti, viscidi, & crassi debet incidi, & extenuari. & si sint tenuiores magis quā conueniāt, debēt incrassari: quibus sic dispositis, & praeparatis facilius concoquantur.*

Si dicas Concoctio fit incrassando, ergo humores crassi non sunt attenuandi, vt facilius concoquantur.

3. de pot. nat. c. 4. de opt. secta ad trasibulum c. 4. *Respondeo ex Galeno ea quae concoquuntur oportet, vt prius fundantur, & liquitentur, vt possint assimilari, qualiquatione facta, Concoctio postea procedit incrassando.*

Nota tamen, quòd licet Concoctio fiat tātum à natura praeparatio tamen, & dispositio humorum, ad hoc vt facilius concoquantur, potest fieri à natura, & ab arte, quando syrupi, & alia similia, hoc possunt praestare, incidendo, extenuando, aut incrassando, vel vias aperiendo, & dilatando.

Humores

Humores peccantes, non esse purgandos, nisi in vltima parte status, aut in vniuersali declinatione. Cap. VIII.

Declarauimus supra, Crudos, & peccantes humores non esse purgãdos nisi Concocta materia, quæ potest concoqui, ista autem non est Cocočta, nisi in vltima parte status, aut in declinatione vniuersali: ergo solum in his temporibus, sunt euacuãdi humores peccãtes, & non in principio, vel in augmẽto, aut in prima parte status: quia tamen hoc videtur habere grauissimam difficultatem, cum communiter practicãtes omnes, nõ expectata perfecta Cocoćtione, soleãt purgare in principio morborum, & in augmẽto, ideò cogor probare hanc meam opinionem, scilicet non nisi in vltima parte status, vel in declinatione vniuersali, esse purgãdum, quod quidem probatur rationibus, & authoritatibus, Hipocratis, Gal. & Auic. Cap. 4.

¶ *Prima: Euacuatio tunc dicitur bona, quãdo educitur solus humor peccãs faciens morbum, sed talis nõ potest educi nisi in vl*

tima parte ſtatus, vel in declinatione vniuerſali, ergo ſolum tunc temporis fit optima euacuatio: maior eſt de ſe nota, cum euacuatio non competat humori bono, minor probatur, quia in principio, in augumento, & prima parte ſtatus, humor malus eſt mixtus cum bono, & adeo mixtus, vt non poſſit educi malus, quin etiam educatur bonus, ſed ſolum in vltima parte ſtatus, & in declinatione, humor ma-
4. Aphor. com.22. *lus eſt ſeparatus à bono, vt docet Galenus, quoniam facta optima Concoctione fit ſeparatio boni à malo: ergo tunc temporis ſolum poteſt fieri optima eua-*

Secundo, tunc optima erit euacuatio,

cuatio,

quando habemus naturam adiuuantem talem euacuationem, ſed hoc non contingit niſi in vltima parte ſtatus, aut in de-
1. Aphor. 22. *clinatione: ergo tunc ſolum erit euacuandum; maior eſt Galeni minor probatur, quia in principio, augumento, & prima parte ſtatus, humor bonus, & malus ſunt ſimul mixti, & ambo concoquuntur à natura, & retinentur, quia ſperat illos poſſe concoquere, & reducere ad benignum; ideo ſi tunc exibeamus medicamentum, tantum*

abest, vt natura adiuuet talem euacuationem, quod prohibet, quia credit natura posse illum concoquere, ideo non curat expellere: sed tractu temporis in declinatione videns natura, quòd humor bonus est Concoctus, & iste malus non potest concoqui, ideo tunc illum tamquam noxium, & excrementum, separat à bono, & expellit, quare si tunc exibeamus medicamentum, habebimus naturam adiuuantem talem euacuationem.

Tertio medicamenta purgantia agitant, & perturbant vehementer humores, ex Galeno, ergo non conueniunt in principio, augumento, & prima parte status. Consequentia patet, quia tunc temporis humores Crudi concoquuntur, sed dum humores conquoquuntur, non sunt mouendi, nec agitandi, quia agitatio perturbat, & impedit concoctionem: vnde dicit Galenus, hæc est ergo causa, cur purgationes Coctionibus aduersantur. 4. de rat. vict. com men. 44.

Quarta ratio, ars debet imitari naturā bene euacuātem, sed natura nō bene euacuat, nisi in vltima parte status, & in declinatione; ergo & medicus, non bene euacuat

nisi in vltima parte status, vel in declinatione: minor probatur, quoniam perfecta crisis fit solum in vltima parte status, vel in declinatione, & omnes euacuationes factæ à natura ante statum, sunt symptomaticæ, ergo & similiter Medicus si vtatur medicamento ante statum, mala erit Euacuatio: mea est ratio, & demostratio.

Conciliator differ. 161. Manard. lib. 13. episto. 1. Herculanus, Iacobus Pacinus. c. 27

Errãt igitur qui exibent medicamẽta minorãtia, in augmẽto, dum materia est Cruda. Primo, quia non habemus naturam adiuuãtem. Secũdo nõ educitur solus humor peccãs. Tertio, agitatione medicamẽti, impeditur Concoctio: quod si dicas hoc esse verum de validissimis medicamẽtis, qualia sunt Scammoneata, Turbit, Colocintis, Veratrum, &c. Secus autem est de medicamẽtis, quæ à iunioribus benedicta dicũtur, vt Mãna, Reubarbarum, Syrupus rosatus solutiuus, &c. quæ nõ reperiebantur tempore Hipocratis.

Vana tamen est ista fuga: fateor enim benedicta medicamenta, minorem parere agitationem, & commotionem, non tamen est adeo minima, quin apta sit perturbare, & impedire Cõcoctionem, quãdo quæcunque licet minima agitatio, facta in humo

moribus dum concoquuntur, possit impedire 4. de rat.
Cōcoctionem, vt docet Hipoc. his verbis dū vict. 39.
cōcoquuntur humores, corpus vndequaque
cōtegere, & æqualiter componere, & quieti 4. de rat.
permittere: & infra, Donec maturetur vri vict. 43.
na in obscuro cubiculo decumbere debēt, &
strato per quam molli, diu eūdem situm tole
rare, & haūhquaquā se se iactare, quo præsi-
dio nullum aliud salubrius est: si ergo ex
his verbis timet Hipo. quamcunque etiam
minimam agitationem, dum prohibet, ne æ-
ger moueatur in lecto, sed maneat in eodem
situ, ne illo motu impediatur Cōcoctio, quā-
to ergo magis debemus timere agitationem
medicamenti benedicti, quæ multo maior
est, & immediate agitat, & perturbat ma-
los humores. quod si dicas, vtitur Gal. mi- 2. Aphor.
noratiuo in principio morborum, minorādo com. 29.
materiam, ad hoc vt reliquum facilius cō-
coquatur à natura, dum sic dicit inter mor-
bi initia, debemus adhibere maiora reme-
dia, hæc autem sunt maxime, quidē fleboto-
mia, nōnunquam vero, & purgatio: cui ob-
iectioni respōdeo, quòd ibi dicit Galenus in
principio morborum minorādam esse mate-
riam maxime, id est magna ex parte, & vt
plurimum, sanguinis missione, nōnunquam

vero, id est, aliquando, & raro quando materia turget, etiam medicamento est minoranda, dum ergo dicit nonnunquam, excludit communem sententiam, quæ semper in principio morborum vtitur minoratiuo.

Hoc idem probatur authoritate Galeni, non esse purgandum nisi materia optime sit Concocta.

1. Aphor, com.24. *Primo in acutis dicit Galenus tantum morbis, nec in illis omnibus, sed in turgentibus solum, vsum soluentium medicamentorum, in principio vtiliter admitti potest, in diuturnis vero, semper Concoctio est expectanda.*

8. de com po. med p loca. *Secundo, idem laudat Hieram, ad internas inflammationes, & dicit hoc medicamentum non esse absolute oportunum omni tempore inflammationis, sed solum quãdo fuerit Concocta, & iam inclinauerit, vnde recte dicit Hipoc. Concocta esse medicanda.*

1. de cr. si. b. cap. 9. *Tertio, & alibi dicit, Crudos humores non esse purgandos: reddit rationem, quia præter id, quòd Crudi humores stabiles, & firmi sunt, ægre tractis medicamentorum purgantium obediunt.*

Quarto

Quarto habet Gal. in morbi aũt vigore, & impetu auxilij cõmodũ tẽpus non est, cõtra vero in vno ipso declinationis tpe, plura quis auxiliorũ tpa, & quidẽ oportunissima accipiet: & infra dicit, in statu, & augumẽto, quia virtus est debilis, & causæ morbificæ validæ sunt, ideo non debemus euacuare, quia virtus à medicamento, facile potest prosterni, & ideo in principio licet mouere, quia vires sunt fortes; & facilè tolerant euacuationem: ideo dicit Hipoc. in principijs morborum, si quid videtur mouendum moue, in statu vero cessandum: ex quo loco manifeste docet Galenus, non esse purgandũ in principio, nisi materia turgeat, in augumento, & statu nunquam licere. De optima secta ad trãsib. in fine.

Quinto, sic dicit Gal. quando aliquis incipit morbus si quid excernatur, nihil tunc excernitur ratione naturæ, sed sunt omnia sintomata earum, quæ præter naturam sunt in corpore dispositionum: quo enim tempore, à causis morbum facientibus, natura grauatur, & adest cruditas humorum, tunc aliquid vtiliter euacuari est impossibile; si quidem oportet Coctionem præire, subsequi vero discretionem, & postea euacuationem, vt bona sit crisis. 4. Aphor. com. 22

Sexto

Sexto, Turgentes humores, quam primum purgare oportet, firmatos autem non nisi post Concoctionem, & toto progressu docet ibi Galenus non esse purgandum in principio, nisi materia turgeat.

Quos, & quando purg. opo. 76.

Septimo, deiectio per medicamentum, in hijs, qui Crudos humores habēt circa iecur, & venas mesenterij, tormina, & rosiones creat, animique deliquia, nec aliquid notatu dignum educit, quoniam omnes Crudi succi pigri, & admodum inepti sunt ob frigiditatem, & crassitiem vias obstruunt, ita vt nec ipsi exeunt, nec alios exire permittant, ideo dicit Hipoc. Concocta medicari, hæc Galenus.

4. de sanita. c. 4. & 5

Octauo, dicit Hipoc. quæ violenta erant, statim opprimebant, vel nihil proderāt: Gal. in Commento dicit morbi, qui procedunt à difficultate coctionis, & copia Crudorum humorum, nullum ab excretionibus consequuntur iuuamentum.

1. epidem com. 2. 37

Nono: corporis purgationem prorsus vitare oportet, cum in humoribus adest cruditas.

4 de rat. vict. cō. 43

Decimo, & alibi dicit, nempè inflammationem habentibus, in iecinore, simul atque maturuerit, aluum subducemus cum in si-

Quos, & qñ purg. oport.

mis

mis iecinoris partibus ea incubuerit.

Vndecimo probatur hoc idem ex Hipoc. dum dicit, Qui statim inter morbi initia, inflammationes medicamento soluere conantur, ij adistencta, & inflammata parte nihil auferunt, affectus vero, vtpotè Crudus, non remittitur, ac partes sanè, & morbo resistentes colliquescunt, quocirca morbus imbecillum iam corpus vincens, curationi non obedit. 4 de rat. vict. 22.

Duodecimo, si vrinæ tenues, & crudæ fuerint, corpus quieti permittere debemus; ventrem ab initio clistere duces, sed medicamenta purgãtia non admouebis: si enim aluum citaueris, non maturabitur vrina, sed febris diu sine sudore permanebit, & post lõgum quoque spatium finietur: & Gal. in Com. dicit, manifestauit his verbis Hipo. quòd purgationem vitare omnino oportet, cũ humores sint Crudi. 4. de rat. vict. 44

Hinc cogor damnare communem opinionem asserentem, Medicum in principijs morborum, non debere purgare nisi fuerit coactus; cogitur autem, cum videt naturã quasi confictantem cum morbo laborare, & periclitari, ne succumbat, & quasi auxilium à Medico requirere, id quod solum euenit in

magnis

magnis morbis, quia extremis morbis, extrema remedia competunt.

Falsa tamen est ista opinio, cum nec etiã in magnis febribus, conueniat medicamentum in principio, vel in augumento vniuersali, vt docet Hipoc. his verbis.

Lib. de purgãtib. medicam. *Quicunque sanè validis febribus corripiuntur, his vsque ad remissionem, medicamenta purgatoria ne dato, sin id nollis, saltim ne citra diem decimã quartam: & paulo infra ait, quare in magnis febribus, medicamenta purgatoria ne ore sumantur praecipimus: hoc idem docet Gal. in magnis febri-* 2. de rat. vict. cõ. 11 *bus medicamenta purgantia non debemus dare, cum sint calida, & sicca, cum igitur vehemens non fuerit, ad medicamenti purgantis potum te conferes: haec Gal. & alibi dicit* Quos, & qñ purg. oportet. *cum febris magna fuerit, abstineas à medicamento.*

Decimo quarto, loquens Hipoc. de tertiana intermittenti, sic dicit: cum ad nonum 2. de morbis. *diem deuenerit, pharmacum dato, nam si statim à febris initio dederis, postquam purgatus est, febris repetit ex quo colligo, cum tertiana exquisita non transcendat 14. diem, dum erit nona die erit in vltima parte status, in qua conuenit purgare.*

Decimo quinto, eodem loco loquens de tertiana continua, sic habet: si vero febris neque noctu, nec inter diu remittat, & ad contactum supernas partes habeat calidas, venter autẽ, & pedes frigidi sint, & lingua aspera, huic medicamentum ne dederis, sed molli infuso p clisterẽ sub luito: & infra dicit, vbi vero sedata fuerit, pharmachũ deorsum purgans bibat, reuertitur n. quandoq; morbus si impurgatus permanserit. 2. ut.. bis.

Decimo sexto: sed quantum Hip. timeat medicamẽta purgãtia, videatis eum sic loquentem, in cura calcis vehementer cõmoti: si febre vacet medicari eum e superiori parte debemus, nam si continua sit febris, medicandum non est. 2. de fracturis 15.

Hoc idem docet Auicenna, dum dicit euacuatio per pharmachum, humoribus existentibus Crudis, nocet maturationi. Prima 4 trac. 2. c. 7

Decimo octauo, & alibi dicit, euacuatio ante Coctionem plerumque educit, quod est bonum; & relinquit, quod est malum, & Crudum. 3. primi doct. 3. c. 14.

Decimo nono multoties quidem cõceditur euacuatio flegmatis, & humoris Crudi, in hac hora, sed melius est, vt expectetur. 4. cano. c. de cur. febr. putr. in generali.

com-

Lib.3.c. 19. *complementũ digestionis. Idem dicit Actuarius facta leuiori, id est, in declinatione, conuenit purgatio.*

Confirmat id ipsum Celsus, dum sic habet, nunquam in aduersa valetudine, medicamentum datur causa eius rei, nisi vbi morbus est sine febre. Lib.1.c 12 & Trallia lib.3.c.12

Lib.2.c.3 *Et infra dicit, optimum medicamentum in febribus, est oportuna cibus datus, & sola abstinentia sine vllo periculo sanat: idem Celsus lib.2.cap.3. loquendo de febribus, sic dicit: Ego autem medicamentorum dari potiones, & aluum duci, non nisi raro debere, concedo.*

Ex his ergo colligo: quod si esset possibile, vt minoratiuum, euacuaret solum humorem peccantem, & simul non educeret bonum, & nõ impediret sua agitatione ipsam Concoctionem, deberemus eo vti, sed quia hoc est impossibile, cum ante optimam Concoctionem, isti humores sint mixti, & non separati, ergo damnandus est vsus minoratiui: quare Crudi humores non sunt purgãdi, nisi optime sint Concocti, sed non sunt optime Concocti, nisi in vltima parte status, vel in declinatione vniuersali, ergo solum in his temporibus, & non ante debent euacuari:

cuari: dubitatur quoniam videtur magis conuenire medicamentum purgans in augmento, & statu, quam in principio, vel in declinatione, & ratio dubitandi est ista, quoniam Extremis, & magnis morbis, conueniunt magna, & extrema remedia, sed morbus in augmento, & statu maior, & fortior est, quam in principio aut declinatione, ergo maiori præsidio indiget in augmento, & statu, quo tempore maior est, quam in declinatione, in qua mitis apparet: sed Gal. inter magna remedia connumerat flebotomiam, & medicamentum, ergo talia remedia, maxime conueniunt in statu, & augmento.

Respōdeo, quòd sumta indicatione à morbo purgatio magis conuenit in augmento, & statu, vt probat argumentum nisi aliquid quod magis vrget, obstet: obstat enim, & natura ipsa prohibet euacuationem, cum medicamento, in augumento, & in statu, quoniā distrahit naturam à concoctione humoris peccantis, vt diximus supra: quod si dicas morbus in principio, & in declinatione, mitis est, ergo non indiget magno præsidio, vt sanguinis mißione, & medicamento.

Respōdeo quod magnis morbis cōueniūt magna remedia: hoc est verum siue morbus

bus in præsenti sit magnus, vel quòd saltim futurus sit magnus: ex his dico, in principio conuenire magna remedia, non quia sit magnus, sed quia futurus sit magnus, in suo vigore, & statu, ob eius igitur morbi futuram magnitudinem in statu, indiget in principio magno præsidio, ad prohibendam eius futuram magnitudinem; sicuti eadem ratione, in declinatione vniuersali, licet morbus sit mitis, conuenit purgatio ad prohibendam futuram eius magnitudinem, in noua recidiua: docet enim Hipocrates, quæ relinquuntur in morbis recidiuam facere consueuerunt, ideo si peccantes humores non educantur medicamento purganti in declinatione vniuersali recidiuam facere solent, ad prohibendam igitur recidiuam, conuenit purgatio in declinatione.

De

De materia Turgēti:& cur debeat purgari in principijs morborum, nulla expectata concoctione. Cap. IX.

Comprobauimus hactenus humorem peccantem, non esse purgandum, nisi optime fuerit concoctus, quod quidem perpetuo est verum, dummodo materia non turgeat: Si enim humores peccantes, & facientes morbum turgeant, tunc nulla expectata concoctione, statim in principio morbi purgandi sunt.

Quare pro maiori declaratione huius rei, primo videndum est, quid Hipocrates intelligat perturgere, & quid sit materia turgens, cui respondet Galenus, quòd cum materia mouetur inordinate, modo ad vnā, modo ad aliam partem, dicitur turgens: vnde patet duo necessario requiri, ad hoc vt humor turgeat. 1. de cris. cap. 9. 4. Aphor. cō. 1. & 10

Primo, vt moueatur velocissimo motu: sed hoc solum non sufficit, requiritur enim, vt etiam secundo moueatur inordinate: est ergo materia Turgens, materia, quæ mouetur velocissimo, & inordinato motu,

de loco ad locum, nullam habens certam sedem; quod fluat: ex his colligo; quod materia turgens necessario sit tenuis, subtilis, & calida, quia quæ frigida est, & crassa, impossibile est, vt possit moueri, motu ita velocissimo, cum frigiditas paraliticet, & reddat res immobiles, vt docet Auicenna.

Prima primi cap. de humorib.

Secundo colligo, quòd ista materia, necessario debet esse calida, acris, ac mordax, vt sua acrimonia, & mala qualitate, stimulet partes ipsas ad quas fluit, vt inde virtus expulsiua illarum partium, insurgat ad expellendum: & hinc factum est, vt non habeat sedem permanentem, & sit in continuo motu.

Tertio, colligo, inter humores solam, & exquisitam bilem, & sanguinem biliosum posse turgere, quoniam ipsa sola, & tenuis, mordax, & calida, & velocissime potest moueri,

1. Aphor. 22.
4. Apho. 1

Galenus affirmat dictionem hanc turgere, ab animalibus ad coitum concitatis transumptam esse, vt enim ea tinctillata, & impulsa, à vehementi coitus desiderio, loco stare non possunt, & nesciunt, sed huc, & illuc concitata mouentur, ita & humores aliquando in morborum principijs, ob malam

qualitatem,

qualitatem, velocißime, & inordinatæ mouentur, ab vna in aliam partem, sic ægrotantem infestantes, & irritando, vt eum quiescere non permittant.

Quarto, colligo, quod valde raro, contingit materiam turgere. Hip. 1. Apho. 22. & 24.

Quinto, vbi tamen materia turget, & sit ita furiosa, statim in principio est purganda, nulla expectata Concoctione, tardare. n. est malum, vt docet Hip. 2. Aph. 22. 24. 2. aph. 29. 4. aph. 10.

Et qua ratione dicetis vos si materia turget, purganda est eadem die, nulla expectata Concoctione, in principio morborum?

Respõdeo, quod multis de causis debet euacuari in principio.

Primo, quoniam impoßibile est, vt poßit concoqui, cum sit in continuo motu, quies. n. est necessaria ad Concoctionem: cum ergo sit inepta ad Cõcoctionem cruda debet euacuari. Noua expositio Authoris.

Secundo, quoniam ista materia turgens, quæ non potest concoqui, est separata ab illo bono humore, qui potest concoqui, & ista separatio facta est in principio morborum, ideo tuto tunc temporis potest euacuari: quod autem sit separata in principio, patet quia humor ille, qui turget, & mouetur, non po-

test esse tota causa antecedens, nempè tota massa sanguinea, quæ continetur in venis, cum sit impoßibile, vt tanta copia humorum, poßit moueri, motu ita velocißimo, ad omnes partes: erit ergo ista materia Turgens, aliqua portio tantum causæ Antecedentis, quæ separata à reliquo mouetur tali motu inordinato.

Tertio, quoniam videns natura, quòd ista materia Turgens cum sit in continuo motu, non potest concoqui, & in principio quando incipit turgere, est separata à bono humore, ideo non est amplius sub eius dominio, & tutela, quare si tunc temporis exibeamus medicamentum, purgans talem materiam turgentem habebimus naturam adiuuãtem talem expulsionem, ergo in principio est euacuanda.

Quarto, quia cum sit in motu, facilè poterit euacuari, Cum materia Turgens sit humor peccans, qui non potest concoqui, & à principio separatus à bono, & habeamus naturam adiuuantem talem euacuationẽ, ideo in principio est purgandus.

Quinto dico, quòd est euacuanda in principio ratione Reuulsionis: Reuulsio enim, cũ competat materiei in principio, ideo Reuul- Authoris opinio.

siones

siones competunt solum in principijs morborum: quod si dicatis, & quare in materia Turgenti egemus Reuulsione.

Respōdeo, quia materia Turgens est in cōtinuo motu, & periculum est, ne fluat ad partem Principem, ideo reuellenda est ad oppositam partem, & educenda per secessum: sed non solum materia Turgēs, est euacuāda in principio, sed eadem die qua turget, duplici ratione: primo, quoniam periculum est ne fluat, & decumbat in aliquam partem nobilem: Secundo, quia prima die, virtus est fortis, & melius poterit tollerare magnam euacuationem, transacta enim prima, aut secūda die, virtus redditur debilis, à malitia humoris turgentis, & non poterit tollerare magnam euacuationem. 4.Ah.10 2.Aph.30

Quod si quispiam, vestrū quærat, an materia Turgēs possit in principio euacuari sanguinis missione: Respondeo, quod non, & ratio est, quoniam materia Turgēs, est calida, & biliosa, sed in materia valde biliosa, & acri, non multum competit flebotomia, quoniā bilis redderetur magis acris, & mordax, & calida, sanguis enim est frenum ipsius bilis: & ideo in tertiana exquisita, non competit flebotomia.

2. Aphor. com. 24. Non videtur verum, quod materia turgens, sit tenuis, & calida, quando Galenus dicit, si est possibile parare vias, & humores turgentes, antequam purgentur optimũ erit, vt possumus prima, & secũda die, dare melicratum, in quo sit decoctum hyssopum, & origanum, &c. quæ attenuant, similiter oximel, & tertia die purgare, quod si non detur tempus debemus purgare absque alia præparatione hæc Galenus, si ergo materia turgens, est subtilis, quare Galenus dat incidentia, & extenuantia.

Respondeo, quod dat incidentia non ratione humoris turgentis, sed ad tollendam obstructionem viarum, per quas à medicamento debet educi humor turgens, & ideo Galenus non præparat humorem turgentem, sed vias.

In quibus morbis materia turgeat, & in his non esse euacuandum, nisi cum maxima præmeditatione. Cap. X.

Solum in morbis acutis turget materia, sed nec etiam in omnibus morbis acutis cum isti sint in quadruplici differentia, vt acuti ex decidentia, qui transcendunt quatuordecim dies, alij acuti simpliciter, qui terminantur 14. quidam per acuti qui iudicantur septima die, & alij per peracuti, qui non pertranseunt quartam diem: ex his dico, quod solum in peracutis, & perperacutis, materia solet turgere, nec tamen semper in his morbis turget, sed valde raro: cuius quidem signum est, quod tales morbi, quotidie fiunt, & tamen valde raro videmus materiam turgere: vnde cum raro materia turgeat in acutis passionibus, inde etiam factũ est, vt raro debeamus purgare in principijs morborum: cum ergo non liceat purgare in principio, nisi dum materia turgeat: talis autem raro turget, ergo raro etiam purgandum est in principio morborum: sed mate-

1. Aphor 24.

Philoth. in com.

ria non turget nisi raro in morbis valde acu tis, ergo solum in morbis valde acutis, & raro, in principijs debemus uti, vt docet Hi-
1.Aph.24 *pocrates medicamento purganti: quo modo ergo communiter practicantes, non solum in acutis, sed in omnibus morbis purgant in principio, & non raro, sed semper?*

Notandum tamen est, quod licet materia dum turget, sit medicanda in principio, ne forsan quispiam crederet hoc esse faciendum subito, & indifferenter, ideo
1.Aph.24 *docet Hipocrates, hoc non esse faciendum, nisi cum maxima præmeditatione; sed quid habeat Hipocrates his verbis, Hoc opus hic labor.*

Cum præmeditatione, idest, cum exa-
Philoth. in com. *minatione, & præmeditantes, & inquirentes, si vires sint fortes, & corpora bene fluida, & tunc debemus uti medicamento, si vero è contrario, & humor crudus, circa stomacum supernatet, tunc non debemus purgare in principio, etiam si materia turgeat.*

Vel quod Hipocrates his verbis docet, nō temere esse purgandum in acutis morbis, & si materia turgeat, sed hoc faciendum cum maxima præmeditatione, id est, considera-

tione,

tione, ostendens quanto vereatur has purgationes factas, in principio morborum, materia existente cruda, licet turgeat, dicens quod nec in materia Turgenti, est purgandum à principio, nisi cum maxima præmeditatione: ex quo infero, quòd si Hip. hoc timet in materia turgēti, quāto ergo minius, debemus euacuare, & minorare, in principio morborū, dū mā nō turget? dicetis vos, & quare cū maxima pmeditatione hoc faciēdū est, in materia Turgēti? & quænā sunt ea, quæ debēt considerari à Medico, ante euacuationem materiæ Turgentis? 4. Aph. 1.

Dico multa esse cōsiderāda à medico, ante euacuationem materiæ Turgētis, quæ vel prohibent, vel saltim reddunt valde periculosam, euacuationem materiæ Turgentis. 2. Aphor. 35.

Primo vires: quoniam si cū materia turgenti, vires debiles sint prohibent euacuationē, vel saltim est valde periculosum, medicari in tali casu: ideo docet Hipo. hoc esse faciendum cum maxima præmeditatione. 2. Aphor. 9 (alii. A-) pho 24

Secundo est Aetas, quoniam si in vltimo sene, vel in puero nuper nato, materia turget, est euacuandum cum maxima præmeditatione, cum illas ætas difficillime tollerat purgationem.

Tertio

Tertio est pars affecta: si enim in aliqua parte naturali, vt visceribus, ventriculo, intestinis, &c. adsit inflãmatio, etiam quod materia turgeat, est tamen valde periculosum euacuare, ne trahantur humores ad partem affectam.

4. Aph. 1. *Quarto, est corporis habitudo, vel morbus: quoniam in vtero gerentibus, si materia turget, medicandum est à quarto vsque ad septimum mensem, sed ante quartum, & post septimum licet materia turgeat, vereri oportet, quia nõ est ita tutum euacuare, ideo in tali casu docet Hip. euacuandam esse turgentem materiam, cum maxima præmeditatione, & consideratione.*

2. Aphor. 35. *Quinto, quoniam qui habent ventrem inferiorem gracilem, difficillime admittũt purgationem: ideo si in his materia turget, euacuandum est cum maxima præmeditatione.*

2. Apho 9 Gal. 1. Apho. 24 *Sexto, si in materia turgẽti, oscula venarum fuerint obstructa, difficilis erit euacuatio, quoniam corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere.*

Septimo, est anni tempus, eo quia si materia turget sub cane, & ante canem, erit euacuandum cum maxima premeditatione,

cum

cum sub cane, & ante canem difficiles, sunt medicationes. 4.Apho.5

Octauo, cum præmeditatione, id est, considerando, an re vera materia turgeat nec ne, ne forsan purgemus à principio credētes materiam turgere, & non turgeat.

Nono, cum maxima consideratione; quoniam ex materia turgenti fit morbus valde lætalis, qui habet seuissima symptomata, quia vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores; ideo in morbo turgenti imminet maximum periculum futuræ mortis: quare cum maxima præmeditatione, exibenda sunt purgantia medicamenta, ne assumpto medicamento æger moriatur, & adscribatur causa mortis Medico: ideo cum pronostico, pronosticando imminens periculum, euacuanda est materia turgens. 1.Apho.7

Materia

Materia existente multa, non debet cruda purgari in principijs morborum. Cap. XI.

1. Aphor. D*Eclarauimus humorem peccantem, non esse purgandum in principijs morborum, nisi turgeat: quaritur ergo, an humor peccans, licet non turgeat, si tamen fuerit multus, debeat purgari à principio: tunc enim materia dicitur multa quando causa antecedens, & massa sanguinea, sit in tanta quantitate, vt sua nimia multitudine non posit concoqui à natura, aut saltim non nisi cum maxima difficultate: quaritur ergo, si febris oriatur à tali materia multa, an in principio dum est cruda, debeat purgari, nulla expectata Concoctione.*

Auic. 1. 4. c. de cur. pntred. in gen. tract. 2. c. 7. Iacob. de Forli. 1. Aphor. quæst. 43. Tadeus 1 *Communis opinio tenet, esse euacuandam in principio, quoniam cum immineat periculum ne calor suffocetur à nimia multitudine, ideo est subito minoranda, vt quod reliquum est facilius concoquatur, & sic probant.*

Primo, si bonus athletarum habitus est eua-

euacuandus statim, ob multitudinem humorũ, qui tamen sunt boni ex Hip. ergo mult to magis malus habitus ægrotãtium, in quo humores peccantes superabundant, statim erit euacuandus.

aph. com. 22. Manard. lib. 3. episto. 1. Hercula. tract. 2. c. cur. febr. putridarũ in genera li. 1. Apho. 2

Secundo, si Socrates sanus, & in eo sit maxima quantitas humorum magis, quàm par sit, eget euacuatione statim, ergo multo magis ea indigebit, si febricitet ex multitudine, cum ex multitudine, & spirandi necessitas, & vires opprimantur.

Tertio, eadem ratione, qua turgentem materiam à principio euacuare cogimur, etiam materiæ abundantiam euacuare incitamur: nam eadem imminent pericula, quia sicut inturgenti, periculum est ne decumbat in partem Principem, hoc idem potest contingere in materia multa.

Quarto, facilius occurri potest materiæ turgidæ, quam multæ, turgida enim reprimi potest, sed multa nullam habet viã præter euacuationem.

Quinto, si humores qui de loco ad locum mouentur, debent euacuari à principio, ergo & qui maxime aucti, aliqua ex parte sunt euacuandi, cum absque motu omnia fere loca, etiam nobilissima complet.

Con-

12.meth.c.3 prima. 4. c. de cura sincopalis humorose. *Contrarium tamen docet Galenus, & etiam Auicenna, in cura sincopalis humorosæ, vbi præsupponunt febrem à tanta multitudine materiæ, quod virtus quasi suffocatur, negant tamen purgationem, quia sequeretur maius nocumentum, & ideo respondeo ad difficultatem, quòd cum in febriente materia multa in principio sit cruda, & non turgeat, ideo non est purganda: quòd si tamen ab eius multitudinem non potest concoqui, erit imminuenda sanguinis missione, & non pharmacho: sed si detracto sanguine, adhuc remaneat tanta copia, vt non possit concoqui, & sit periculum de futura morte, & tunc quia vires sunt debiles, non conueniat amplius mittere sanguinem, non ne tunc debemus vti medicamento purganti?*

Respondeo, si vires non tolerant sanguinis missionem, ergo multo minus medicamentum, cum sit in potestate nostra sistere sanguinem: dico etiam, quòd vbi morbus est insalubris, non debemus administrare aliquod remedium præsertim magnum, sed solo pronostico talis æger est relinquendus, in 2.Aphor. com.29. *prædicto casu, si enim materia illa multa minorata sanguinis missione, nõ sanatur æger,*

aut saltim melius se habeat, dico quod casus iste est conclamatus, & solo prognostico est relinquendus, nec cōpetit medicamētum, cum melius sit ut moriatur vi morbi, quàm vi medicamenti. & ad rationes in oppositum adductas, respondeo ad primum, quòd exemplum de athletis, non valet quoniam in sanis quocunque tempore licet euacuare, cum materia non sit cruda, sed solum peccat in quantitate; sed in ægris est cruda, ideo non est purganda in principio: & eodem modo. Respondeo ad secundum, ad tertium nego, idē imminere periculum: & dato quod materia multa decumberet in membrum nobile; cum non peccet in qualitate, non multū poterit ledere, vt turgens, esto etiā quod multum lederet, non tamen est euacuāda, quia est cruda, & non separata à bono, sicuti in materia turgēti: Ad quartum dico, quòd debet minorari sanguinis missione, idem dico ad quintum.

In

In febre Pestilenti non conuenit purgare in principio, materia existente cruda. Cap. XII.

Manard.libr.13.episto.1. Herculanus tract.2.c.cur. febr.putrid. in generali.

Quaeritur ergo, an in febre pestilenti, debeamus purgare à principio, materia existente cruda.

Communiter creditur esse purgandum, & sic probatur.

Primo materiam pestilentem, & venenosam, absque vlla praeparatione in principio crudam esse purgandam non solum, quia turget, sed quoniam est valde periculosum, ne sua venenositate cito interficiat.

5.meth. cap.12.

Secundo, quoniam Galenus affirmat, quod in illa immani pestilentia, illis qui incolumes euasere, multis per vomitum, omnibus per ventrem, corpus antea fuisse purgatum, & exiccatum: ergo in morbo pestilenti absque vlla praeparatione, in principio est purgandum.

Contrariam tamen sententiam, credo esse verissimam, cum enim materia pestilens sit quieta, non ergo turget, quod si non turgeat, non erit igitur euacuanda in principio

cipio,& ad ratione respondeo, quod nisi assumptum medicamentum, impediret Concoctionem,& haberet naturam aduersante talem Euacuatione, vtique esset exhibendu.

Secundo dico, quod si ista materia Pestilens, non pot cocoqui, & superari à Natura per Cococtione, morietur æger, quare melius erit, vt pereat vi morbi, quàm vi medicamenti assumpti, cu Euacuatio crudoru humoru, semper sit mala: dico aut ad locu Gal. quod illa Euacuatio, de qua ibi loquitur, facta fuit, antequa superueniret febris, quado tuc materia non erit Cruda, vt docent illa verba, præsiccatu,& præpurgatu fuerit: ideo superueniete postea morbo, multi euadebant, ob pcedente euacuatione, vt alibi docet Gal. 1. de diff. feb.c.6. & ista Euacuatio no fuit mala, quia dum facta fuit, adhuc illa materia no erat Cruda: quod sic concedo, quod ante febre Pestilente, bonu esset euacuare, si quis præuideret illam futura esse, sed postquam superuenit febris, non est euacuada illa materia in principio, sed debemus expectare Concoctionem.

Secudo dico, quod ibi Gal. no loquitur de febre pestilenti, sed de distillatione à capite, quæ ortu ducat à pestilentia: nos aut hic loquimur solum de febre Pestilenti.

4.1.cap.3. 1.4.doct. 4.c.4. *Dubitatur tamen, quia Auicenna sic habet: dicit Galenus, quod in cronicis morbis, semper coctio expectetur, & etiam in acutis, si materia sit quieta: si autem sit in motu, tunc euacuatur ante digestionem, cum autem est dubium, ne materia morbi superet virtutem, tunc melius est euacuare, si viæ sint paratæ, & hypocondria non sint tensa: ex his verbis Auicennæ, arguo sic, in materia multa, et pestilenti, immo in omni mormo acuto, periculum est ne virtus, & natura superetur, ergo est euacuandum in principio, licet materia sit cruda: Cui quidem authoritate, & si re vera Auicenna credat, esse purgãdum in principio, possumus tamen Respondere, & saluare Auicẽnam, si dicamus, quod vltima illa verba, intelliguntur solum de materia Turgenti, vt dicat in cronicis sẽper est expectanda Concoctio, & etiam in acutis, vbi materia est quieta, sed si sit in motu, tunc ante concoctionem est euacuanda: reddit autem rationem, quare Turgens sit euacuanda, quoniam vbi dubium est, ne materia morbi superet virtutem, tunc melius est euacuare, si viæ sint apertæ: quasi dicat, sed sic est, quòd in materia Turgenti est maximum periculum ne superetur virtus fluen-*

do in partem Principem, ideo est euacuanda in principio.

Dico igitur, quod aut ista materia pestilens potest concoqui à natura, vel non, si non est apta, vt possit concoqui etiam quod medicamento educatur æger morietur cum omnes morbi non sanantur nisi per Concoctionem in declinatione vniuersali est enim necessarium, vt in morbo salubri, æger percurrat omnia tempora vniuersalia morbi, quando est impossibile, vt æger poss t sanari in augmento, vel in statu, & non deueniat ad declinationem: cum ergo omnis morbus salubris, necessario deueniat ad declinationem, & in declinatione humor peccās, perfectissime sit concoctus, ergo necessario non potest sanari morbus, nisi materia optime sit concocta: secus autem contingit in morbo in salubri, non enim morbus læthalis habet omnia tempora, cum possit æger mori in principio, vel in augumento, aut in statu, & nunquam deueniat in declinatione, cum sit impossibile, vt æger moriatur in declinatione vniuersali, nisi committatur error: ideo si materia Pestilens non potest concoqui æger necessario morietur, etiam assumpto medicamento: si vero potest concoqui, ergo non

competit medicamentum in principio, cum poßit prohibere Concoctionem, &c. vt diximus supra: si dicas minorata materia Pestilenti per Pharmachum, facilius quod reliquum est poterit concoqui.

Respondeo, quod iam hoc supra longo progressu demonstrauimus, non competere minoratiua, dum materia est Cruda.

Nec credendum est Galenum in principio febris Pestilentis purgare. Primo de differen. febr. quando ibi Galenus purgat in Constitutione Pestilenti, corpora illa, quæ sunt Cachochima, vt poßint præseruari à peste, ante quàm febricitent febre pestilenti, & nondum febricitant.

Cap.6.

3.epidem com.3. tex.29.

Quidam crediderunt Hipocratem in principio febris Pestilentis, purgare materiam Crudam, quod tamen falsum est, quando potius Hipocrates ibi loquitur de Thumore, & Inflammatione pestilenti, quandoque sine febre, & quandoque cum febre, in quibus, vt diximus supra, licet à principio purgare, ratione Reuulsionis: sed dato, & non concesso, quod loqueretur de febre Pestilenti, non tamen docet purgandum esse in principio

materia existente Cruda, quando sic dicit: Habebant hæc illud, vt quæ per suppurationem abscessum molita essent, aut si commodè turbata esset aluus, aut vrinarum bonarum extitisset excretio, hinc propulsarentur: quibus verbis, dicit illos fuisse sanatos, quibus commodè aluus fluebat, & bona fuisset excretio vrinarum, sed sic est, vt supra comprobauimus; quod Euacuationes factæ in principio morborum, non sunt commode, nec bona, immo malæ, & infestæ naturæ: ergo ibi non loquitur de Euacuatione facienda in principio, materia existente Cruda, cum non sit commoda, nec bona.

An lenitiua Medicamenta, conueniant in principijs morborum. Cap. XIII.

Ex dictis igitur liquido constat, in principijs morborum, non esse purgandum, nisi materia Turgeat, quæritur ergo, an conueniant lenitiua medicamenta: pro declaratione notandum est, Medicamenta esse in duplici differentia, quædam dicuntur solutiua, quia attrahunt, & educunt materiam à venis: alia dicuntur lenitiua, quæ nō attrahunt à venis, sed solum educunt materiam à ventriculo, & intestinis.

Dico igitur, quòd in principijs morborū, non debet euacuari materia cruda, quæ solum continetur in venis, vt dictum est, & nunquam extra venas: vnde necessario sequitur, in principijs morborum, non esse euacuandam materiam, quæ continetur in venis, quoniam est Cruda, & potest concoqui: materia autem quæ continetur extra venas, vt in ventriculo, & intestinis, nō est Cruda, ideo non indiget Concoctione, quare potest euacuari in principio morbi.

Hinc colligo, in principio ipsarū febrium,

non

non competere solutiua medicamenta, cum hæ trahant à venis, & educant causam Antecedentem, quæ Cruda est, ea ratione, qua supra comprobauimus: talia autē sunt ut Māna, Rabarbarum, syrupus rosatus solutiuus, scammoneata omnia, &c. sed Medicamenta, quæ non attrahunt à venis, qualia sunt lenitiua, vt Diacatholicon, Cassia, tamarindi, cū non attrahāt materiam, sed solum fæces, & excrementa, quæ non possunt concoqui, & sunt separata à bono, & continentur in ventriculo, aut in intestinis, ideo talia cōpetunt non est ergo educenda in principio morbi, materia Morbifica, quæ cōtinetur in venis, sed tantum ea, quæ continetur extra venas, potest educi absque nocumento, & debet, quia si non educitur periculum est, ne foueat morbum, obstruat orificia venarum mesaraicarum, & impediat Concoctionem.

Si ergo dicetis vos, materia Cruda, quæ est in venis, non est euacuanda in principio morbi, ergo nec competit sanguinis missio in principio morbi, quia per flebotomiam educitur humor crudus, mixtus cum bono, & eo magis, quia dicit Galenus, si materia est 1.Aph.22 *quieta, non est mouenda, nec medicamento, nec alio præsidio: ergo non licet in principio*

febrium, si materia non turget, mittere sanguinem.

Respondeo, quod materia Cruda non est mouenda aliquo præsidio, quod possit illam agitare, & mouere, dum concoquitur, quoniam hoc impedit Concoctionem, vt est balneum frictiones, &c. Sed flebotomia, nullam parit agitationem. secta enim vena, exit sanguis absque vlla commotione, cum maxima quiete, ideo non potest prohibere Concoctionem: vnde Hipocrates dicit Crudam non esse medicanda in principio, & medicari, intelligitur solum de medicamento purganti, & non de sanguinis mißione: ad rationem concedo, materiam esse mixtam, & educi bonum cum malo, sed tamen maius est iuuamentum, quam nocumentum, præsertim cum non impediat Concoctionem, vt faciunt solutiua medicamenta: sed cur flebotomia conueniat in principio, & non in declinatione vniuersali morborum, talis est, quoniam omnis Euacuatio, fit ob magnitudinem morbi præsentis, aut futuri, sed in declinatione neutrum adest, ideo non competit sanguinis mißio: conuenit autem in princi-

pio ob futuri morbi in statu magnitudinem: quod si dicatis, & quare in declinatione, si non conuenit flebotomia, competit purgatio.

Respondeo, quoniam Purgatio competit tantum humori putrido, ac corrupto, quod enim putridum est, debet educi medicamento, purganti, sed flebotomia non competit humori putrido, sed ei, quòd aptum est putrescere: cum ergo in declinatione humor putridus, ac corruptus sit, ideo indiget medicamento, & non sanguinis missione: in principio vero vniuersali, cum humor non sit omnino putridus, sed aptus, vt facile possit putrescere, ideo tunc competit flebotomia.

In principio Inflammationum, & Tumorum præter naturam, conueniunt solutiua medicamenta, ratione Reuulsionis. Cap. XIIII.

Non videtur tamen vndequaque vera, mea opinio, quòd in principijs morborum, nisi materia turgeat, non conueniant solutiua medicamenta, cum contrarium doceat Galenus, dum sic habet: Omnes enim quotquot ex melancolico humore fiunt affectus, statim inter initia, strenue purgans cresçere prohibebis.

lib.de atrabile.

1. de diff. feb.cap.5. 11. meth. c.8.& 9.

Secundo, quod putridum est, statim est euacuandum, vt docet Galenus, sed in febribus putridis, à principio est aliquid omnino putridum, ergo à principio erit euacuandum.

4. meth. 14. meth. med. 2. de cõplic. med. per loca. & lib.4. Quos, & qñ purg. oport.

Tertio Gal. purgat in principio Alopecie, doloris capitis, inflammationum oculorum, in vlceribus, vulneribus, &c.

Quarto, dicit Galenus serosos, ac tenues vacuabis succos, in principio, in craßis expectabis concoctionem.

Quinto, in pleuretide purgat Hipoc. in principio,

principio, & in vulneribus, & vlceribus omnibus. 2. de rat. vict. 11. De vlceribus. De vulneribus.

Sexto, purgat Galenus in principio Angine.

Pro resolutione huius difficultatis notandum est duplici de causa competere medicamenta purgantia, in morbis ipsis. 4. de rat. vict. 30.

Primo, ratione Euacuationis. Secundo, ratione Reuulsionis: Euacuatio competit tantum humori crudo peccanti, qui actu parit morbum, & nunquam competit humori optimo, ac sano: Reuulsio vero, competit humori bono, qui licet actu non pariat morbũ, aptus tamen sit de facili parere morbum. 4. meth. med. c. 6

Reuulsio enim, est dum humores impetu quodam fluant ad partem aliquam debilem, vel dolentem, tunc medicus conatur illos reuellere, & deducere ad oppositam partem:

Hinc colligo, Reuulsionem competere solum illis morbis, in quibus humores fluunt de vna ad aliam partem, & cum hoc non cõtingat, nisi in Tumoribus præter naturã, & in inflãmationibus, ideo Reuulsio competit solum in his morbis, & cum in his morbis, humores non fluant nisi in principio vniuersali (tempora enim vniuersalia Inflammationum, & Thumorum pendent ab ista

fluxione:

fluxione: quia dũ humores ſolũ fluant, dicitur principiũ vniuerſale, dum autem aliqua portio fluxa eſt, maior tamen fluit, dicitur augumentum, &c.) hinc etiam factum eſt, vt Reuulſiones in his morbis, competant in principio vniuerſali, dum materia fluit ad partem inflammatam dolentem, aut male affectam: ſolet enim Natura, ſemper ad partem dolentem, & inflammatam, tranſmittere multam copiam ſanguinis, & caloris, ſperans his ſuis Inſtrumentis, poſſe iuuare partem affectam: ſed ex accidenti, & præter intentum naturæ, res ſecus ſe habet, quia illi humores delati, & fluxi ad illam partem, augent Thumorem, Inflammationem, & dolorem: vnde exulcerata aliqua parte, vel vbi excitatus fuerit aliquis dolor in aliqua parte, docet experientia, quod ſtatim ad illam partem affectam, concurrunt multi humores, vnde multum intumeſcit, & augetur dolor, quare Medicus ſubito debet quantum poteſt prohibere, ne iſti humores fluant ad illam partem ne augeatur Dolor, & Thumor: hoc autem prohibetur, Reuellendo ad oppoſitam partem, illum humorem, qui aptus erat fluere ad partem affectam, & ideo ſtatim à principio,

cipio, competunt ea, quæ possunt reuellere: sit autem ista Reuulsio præcipue sanguinis missione, & medicamento: detracto enim sanguine, si humores adhuc fluant statim altera die, exhibendum est Medicamētum: Si ergo dicetis vos, in principio vniuersali Inflammationum, vel Thumorum ratione Reuulsionis, competant, & sanguinis missio, & Medicamentum, quinam humores sunt illi, qui reuelluntur sanguinis missione, & medicamento: Respondeo quod est causa Antecedens i. tota massa humoralis, quæ continetur in venis, nā humores, qui in venis reperiuntur, sunt illi, qui fluunt in principio illorum morborum, ad partem affectam quare illi soli, erunt reuellendi.

Colligo ex his, quod Reuulsio, quæ competit in principio vniuersali Inflammationū, aut Thumorum, conuenit causæ Antecedenti, & sola causa Antecedēs debet purgari in principio, in illis morbis, ratione Reuulsionis, in quibus morbis causa Antecedens, nēpè tota massa humoralis, quæ continetur in venis non est Cruda, sed æque bona, vt in homine optime sano, vt diximus supra, & ideo tuto potest Euacuari à principio, cum non sit Cruda. lib.2.c.2

Euacuatio

Euacuatio vero, cum competat tantum humori crudo, & humor crudus, non debeat purgari nisi facta optima concoctione; hæc autem non fiat nisi in vltima parte status, aut in declinatione, ideo Euacuatio non competit in principio, vt supra demonstrauimus, quia Cōcocta medicari, Mouere non & cum in inflāmationibus, & Tumoribus, causa Cōiuncta, id est, humor fixus, & firmatus in parte affecta, qui actu parit morbum, dicitur crudus, & concoquitur, ideo in Inflāmationibus, & Tumoribus non competit in principio illarum Euacuatio, sed solum in declinatione, vt docet Hip.

4. de rat. vict. 22. Gal. quos & quādo pur. opor. 8. de cōp. med. per loca.

Secundo, Colligo Hipoc. & Gal. purgare in principijs morborum, tantum in inflammationibus, & Tumoribus, velati in Angina, pleuritide, dolore capitis, vulneribus, &c. ratione Reuulsionis, causam Antecedentem, quæ in dictis morbis non est Cruda, ideo non debet concoqui, & cum sit sana in principio, & quocunque tempore, potest purgari cum solum Cruda non debent purgari in principio: sed ea, quæ cruda non sunt, quocunque tempore possunt purgari, cum in his nullam possumus expectare concoctionem: quare non est periculum,

vt

vt medicamentum sua agitatione impediat concoctionem, cum ibi non fiat: sed ratione Euacuationis, nunquam purgant Hipoc. & Gal. in principio horum morborum, cũ causa Coniuncta, quæ debet euacuari tunc temporis sit cruda:

Concludamus igitur, conuenire medicamenta purgantia in principijs Thumorum, & Inflammationum tantum ratione Reuulsionis: nunquam autem ratione Euacuationis, nisi concocta materia, in vltima parte Status, vel in declinatione Vniuersali: & sic soluũtur rationes in oppositum adductæ: dico ad primum, loquere ibi Gal. de inflãmationibus, aut tumoribus, qui fiunt ab humore melancolico, in quibus conuenit medicamentum in principio, ratione Reuulsionis; similiter dico ad tertium, quintum, & sextum.

Respondeo vero ad secundum euacuandum esse sanguinis mißione, vel vt ibi dicit Galenus, non est euacuandum cum pharmacho, sed per vomitum, vel per sudorem, aut per vrinam. 11. meth. med. c. 8. & 9.

Ad quartum dico, quòd vult dicere Galenus, quòd humores tenues, & biliosi, quantum est ex parte suæ naturæ, cum parati sint

ad

1.A pho com.24. ad fluxionem, & purgationem, ut dicit Gal. humores quã maxime fluxui paratos dicit esse tenues, ideo isti humores, quantũ est merito sui, apti sunt, ut debeant purgari in principio: & ideo 14. meth. cap. 17. dicit sic, flaue bilis vacuatio est facilis: pituitæ vero, & nigræ bilis difficilior, quo magis purgantis medicamenti ope indigent, obstat tamen, quia cum sit Crudus non est separatus à bono, nec habemus naturam adiuuantem talem euacuationem: quod si dicatis Galenum: non solum in Inflammationibus, & Thumoribus præter naturam vtitur medicamento purganti, in augumento vniuersali, sed etiam in febribus, ut in Quartana, Quotidiana, & Tertiana spuria: nam in

1.ad glauco c.11. curatione quartanæ, dicit Galenus, si Concoctionis indicia apparuerint, tunc purgare oportet, ijs quæ humores atros exinaniendi vim habent, non semel tantum, sed & sæ-

2. de morbis i principio quartanæ. pius si fuerit necessarium: idem concedit Hipo. Secũdo in Tertianæ nothæ curatione, vbi signa Concoctionis apparuerint, tum absint hij coma, tum aliquid ex hijs, quæ molli-

Ibidem c.10. ter ventrem subducunt, assidue se offerre

Cap.12 testatur: idem facit in Quotidiana.

Quibus rationibus moti quidam iunio-

res

res Interpretes, crediderunt in morbis longis. ac Diuturnis vtendum esse medicamento purganti, vt leuiter tamen, & sine multa agitatione, educeret portionem peccantis humoris, iam Concoctam, quoniam in morbis longis, materia paulatine, & successiue concoquitur: miror tamen, quod credant esse mentem Galeni, cum totum oppositum citatis locis fateatur ipsemet Galenus.

Nam cap. 11. Loquendo de Quartana, sic dicit: Quas per initia moderate, leniterq́; tractare oportet, nullum vehemens medicamentum, aut vacuationem adhibentes, nisi sanguis admodum exuperare videatur: & postea dicit: Hæc quidem per initia vsquè ad vigorem, peragenda sunt, sed in statu tenuiori victu vti debet, longa quies imperanda, ac visceribus prouidendũ fotu: deinde medicamentis, quæ Diuretica vocant, vrinas euocare oportet, & si Coctionis notha apparuerint, tunc medicamentis, quæ atram bilem educunt; non semel, sed subinde sæpius purgare, si res ita exigere videatur.

Ex quibus verbis manifeste patet, talia medicamenta exibenda esse in statu, &

post statum cum primis verbis docuisset, quid sit agendum ante vigorem, in his vero vltimis verbis docet, quid agẽdum in vigore, & post vigorem.

Ad secundum verba Galeni talia sunt: frequẽtissime vero absint hij coma, maxime post septimum diem danda est, mulsum acetum etiam multis in potu profuit, & aliquod ex ijs, quæ blandæ purgant, quibus nos sæpe vti vidisti.

His enim verbis docet Galenus, non esse exhibenda medicamenta, nisi transacta septima, sed non dicit danda esse in augmẽto, vt perperam illi deducunt.

Ad tertiũ sic dicit Galenus, de cura Quotidianæ circa statum vero de ventre, maximæque eius ore sollicitum esse oportet, posteaque iubere, vt à Raphanidæ, & cibis assumptis, æger vomat, hisque vtatur medicamentis quæ pituitam eliciant.

Quare non video, vbi doceat Galenus pituitam purgandam esse in Quotidiana, in augumento cum ibi doceat, euacuandam esse in statu, immo post statum, dum dicit: posteaquæ iubere, &c.

Concocta

Concocta materia, non semper est Purgandum immo non nisi valde raro. Cap. XV.

IN febribus ipsis medicamentum purgans non competere, nisi materia optimæ fuerit Concocta, abunde satis demõstrauimus: sed ne forsan quispiam crederet, vt perperam Cõmuniter creditur, Omnem febrem Putridã Concocta materia indigere purgatione, nunc nobis hoc erit explicandũ, & licet ista mea Opinio primo intuitu videatur difficilis, immo & ridiculosa, spero tamen rem ipsam validissimis rationibus demonstrare.

Sit ergo ista conclusio: IN Febribus non semper post Concoctionem esse Purgãdum, immo non nisi valde RARO.

Pro cuius declaratione notãdum est, Duplicem causam morbificam, reperiri in febribus ipsis, Antecedentem, & Coniunctam: quam igitur materiam intendis purgare in febribus, non causam Cõiunctam, quoniam vt supra declarauimus, consumitur ex Galeno 4. Aphor. Commen. 63. in singulis ac-

cessionibus . nec causam Antecedentem, quia ista per Concoctionem, reducitur ad benignum, & ad proprium temperamentum, apta vt possit nutrire, quare non erit purganda, cum sit optima: quod si dicas vtique concedo, quod portio causæ Antecedētis quæ concoquitur, & reducitur ad benignum non sit purganda, sed quoniam non tota concoquitur, sed aliqua eius pars, cum sit valde Cruda non potest concoqui, & ista debet Euacuari : Respondeo, quod portio causæ Antecedentis, quæ est ita Cruda, & mala, vt non possit concoqui, degenerat in causam Coniunctam, vt supra declarauimus, quæ consumitur in singulis accessionibus : Quod si dicatis, debemus educere medicamento purganti, illam portionem causæ Antecedentis, quæ cum sit inepta ad Concoctionem, degenerat in causam Cōiunctam, & parit particulares accessiones, quare erit Euacuanda, antequam degeneret in Coniunctam, & actu putrescat, ne pariat multas accessiones, vnde morbus futurus sit longus.

Respondeo, quod talem portionem, aut intendis purgare ante declinationem vniuersalem, aut in declinatione, non debet

Euacuari

Euacuari ante, vt nos demonstrauimus supra, longo progressu, quia Concocta medicari mouere non Cruda: si tu dicis purgandam esse in declinatione, tunc dico, quòd iam morbus terminatur, & illa materia est adeo pauca, vt à Natura iam vincente, & superante, posit superari, & facile resolui absque hoc quod vtamur medicamento: quia ergo morbus est in declinatione vniuersali, signum est, quod portio illa causæ Antecedentis, quæ inepta est ad Concoctionem, reperitur in valde pauca quantitate, (aliter morbus non esset in declinatione) & consumitur in ipsa accessione, vt docet Galenus, quare non indiget medicamento, vt Euacuetur. Cum ergo nec causa Antecedens, nec Coniuncta, posit purgari, nec alia reperiatur materia in Febribus, quid ergo vis purgare: erit igitur dicendũ, Morbos magna ex parte sanari, per solã Concoctionem, absque vlla Euacuatione. Cap.7. Gal.4. Aphor.commen.63.

Si dicatis moliturNatura in multis morbis Crisim, & facta tali Euacuatione à Natura, soluitur morbus: ista ergo materia, quæ Euacuatur à Natura, est humor peccans, quia sanatur morbus: ergo signum est in Febribus facta Concoctione

reperiri humorem, qui debeat purgari: quomodo ergo dicis tu, quod Concocta materia, non datur humor peccans, qui poßit purgari?

Pro solutione dico, licet enim magna ex parte, & vt plurimum, causa Antecedens, quæ concoquitur in febribus, sit talis conditionis, vt maxima eius portio licet Cruda, tamen per Concoctionem reducitur omnino ad benignum: & aliqua eius pars sit adeo Cruda, vt non poßit concoqui, & ista degenerat in causam coniunctam, & in istis morbis, qui sic se habent, non indigemus purgatione, ratione dicta, cum nec causa Antecedens, nec coniuncta poßit purgari: quandoque tamen contingit, vt in causa Antecedenti, quædam sunt partes, quæ medio modo se habent, ita vt nec omnino per Concoctionē reducuntur ad benignū, nec adeo malæ, vt degenerent in cām Coniūctam, sed medio modo se habent, & sunt semiputres, & istæ partes semper Euacuãtur à natura in Crisi: ita vt solum in illis morbis, in quibus reperiuntur istæ partes, quæ medio modo se habent, expectanda est Crisis, non autem in alijs morbis: vbi vero fiat Crisis, si fuerit diminuta, & imperfecta, quoniam quæ relinquuntur

quuntur in morbis recidiuam facere solent, ideo tunc Medicus debet adiuuare Naturam imperfecte euacuantem, & reliquam portionem illorum malorum humorum, quam nō potuit Euacuare Natura, debet Euacuare Medicus, cum medicamento: ex his infero hanc conclusionem:

Medicus non debet Purgare in Febribus, nisi vbi Natura molita fuerit imperfectam Crisim: quia tunc debet adiuuare Naturam imperfectæ operantem: illæ enim partes, quæ nec omnino sunt malæ, nec omnino bonæ, sua mala qualitate, stimulãt facultatem expultricem ad earum expulsionem, vnde Natura stimulata insurgit ad expellendum, & tunc fit crisis: & si talis expulsio fiat, materia existente Cruda, in principio, vel augumẽto, erit Synthomatica: quod si fiat dum materia fuerit Concocta, in vltima parte status, vel in declinatione, dicitur Critica, & bona: & si Natura euacuat totam istam materiam, quæ medio modo se habet, tunc ista Euacuatio Critica, dicitur Cōpleta, & Perfecta, quod si totam non possit Euacuare, quia quæ Relinquũtur in morbis recidiuam facere solent, ideo tunc Medicus debet adiuuare Motum, & Euacuatio-

nem ipsius Naturæ, bene, sed diminutæ operantis: dico autem bene operantis, quoniam in Euacuatione facta à Natura Sinthomàtice, etiam quod talis Euacuatio sit diminuta, Medicus non debet illam adiuuare, cum fiat à Natura male operante: sic docet Galenus.

Ex his primo colligo, quod in Febribus ipsis, vbi Nàtura non mouet, nec molitur Crisim, nec etiam Medicus debet mouere, & purgare, quia tales Febres sanantur omnes per solam Concoctionem.

Secundo, & si tamen Natura moliatur perfectam Crisim, Medicus in tali casu, non debet purgare, quia quæ Iudicantur, & Iu-
1. Aphor. 26. *dicata sunt integre, nec mouere, nec innouare aliquid oportet.*

Tertio, si Natura moliatur Crisim, sed sit imperfecta, & diminuta, cum in tali Euacuatione, non purgentur à Natura omnes humores peccantes, tunc id reliquum, quod non potuit educi à Natura, debet purgari à Medico, quia quæ Relinquuntur in morbis, Recidiuam facere solent.

Quarto, non licet ergo purgare in Febribus, nisi adiuuando Naturam, quando

do ob aliquod impedimentum, non potest Euacuare totum humorem peccantem, & molitur imperfectam Crisim: & vnde factum est dicetis vos, quod communiter omnes Practicantes, purgant Concocta materia, & sanatur æger: qui nam humores sunt isti, qui educuntur à tali medicamento.

Respondeo, & retorqueo argumentum, & dico, vnde factum est, quod minorata materia medicamento purganti, in principio, vel in augumento, & tamen sanatur æger: dico, quia Natura est adeo fortis, & potens tegere errores Medicorum, & morbus quandoque non adeo magnus, vt licet committatur talis error, æger tamen sanatur, licet cum maxima difficultate, & periculo, & quandoque longiori tempore: ex his dico ad rationem, humores qui educuntur in tali purgatione, magna ex parte sunt fæces intestinorum, mixtæ etiam cum humoribus iam Concoctis, & quia tunc humores sunt Concocti, & non amplius Crudi, ideo assumptum medicamentum, non impedit Concoctionem, cum nulla amplius fiat Concoctio: quare sanatur morbus

morbus non à medicamento, ſed per ſolam Concoctionem, quæ reduxit humores ad benignum; & licet medicamentum non conuenit, tamen aut non ledit, aut valde parum, cum ſuperato morbo, & ſanato per ſolam Concoctionem, Natura facta ſit valde fortis.

Vltimo notandũ eſt, quod illa tertia portio, quæ mediomodo ſe habet, ſolet à Natura euacuari, & quandoque à Medico, eſt veluti Excrementum inutile, ideo debet excerni: Excrementa autem non poſſunt concoqui, cum Concoctio ſit deductio eius, quod concoquitur, in ſubſtantiam concoquentis, ſed Excrementa nunquam poſſunt conuerti in ſubſtantiam concoquentis, ergo excrementa non dicuntur Concocta, cum illud dicatur Concoctũ, ſeu concoqui, quod poteſt conuerti in ſubſtantiã viuentis: ergo neceſſario ſequitur, quod illud, quod non poteſt conuerti in ſubſtantiã viuentis: dicatur Crudum: Sed Excrementa, & iſti peccantes humores, nunquam per Concoctionem poſſunt conuerti in ſubſtantiam viuentis, quia ſi ſecus eſſet, non indigerent Euacuatione, nec dicerentur Excrementa, ergo ſunt Crudi: ſequitur igitur neceſſario,

quod

quod id, quod Euacuatur ſit Crudum, & non Concoctum.

Nota tamen, quòd iſti mali humores, & Excremēta, quæ debent Euacuari, cum non poſsint optime conçoqui, & conuerti in ſubſtantiam viuentis, tamen aliquo modo alterantur, & redduntur craſsiora: horum tamen Alteratio, non eſt Concoctio, cum vt dictum eſt, Concoctio ſit Deductio eius, &c. Niſi valde impropriæ ſumamus nomen Concoctionis, prout comprehendit omnem alterationem, & quamcunque mutationem, quomodo valde impropriæ, poſſumus dicere malos humores, & excrementa, quæ Euaçuantur, eſſe Concocta, prout aliquo modo ſunt alterata, & mutata à Natura, ſed in comparatione ad veram, & optimam Concoctionē, ſunt Cruda.

De

morbus non à medicamento, sed per solam Concoctionem, quæ reduxit humores ad benignum; & licet medicamentum non conuenit, tamen aut non ledit, aut valde parum, cum superato morbo, & sanato per solam Concoctionem, Natura facta sit valde fortis.

Vltimo notandũ est, quod illa tertia portio, quæ mediomodo se habet, solet à Natura euacuari, & quandoque à Medico, est veluti Excrementum inutile, ideo debet excerni: Excrementa autem non possunt concoqui, cum Concoctio sit deductio eius, quod concoquitur, in substantiam concoquentis, sed Excrementa nunquam possunt conuerti in substantiam concoquentis, ergo excrementa non dicuntur Concocta, cum illud dicatur Concoctũ, seu concoqui, quod potest conuerti in substantiã viuentis: ergo necessario sequitur, quod illud, quod non potest conuerti in substantiã viuentis: dicatur Crudum: Sed Excrementa, & isti peccantes humores, nunquam per Concoctionem possunt conuerti in substantiam viuentis, quia si secus esset, non indigerent Euacuatione, nec dicerentur Excrementa, ergo sunt Crudi: sequitur igitur necessario,

quod

quod id, quod Euacuatur sit Crudum, & non Concoctum.

Nota tamen, quòd isti mali humores, & Excremēta, quæ debent Euacuari, cum non possint optime concoqui, & conuerti in substantiam viuentis, tamen aliquo modo alterantur, & redduntur crassiora: horum tamen Alteratio, non est Concoctio, cum vt dictum est, Concoctio sit Deductio eius, &c. Nisi valde impropriè sumamus nomen Concoctionis, prout comprehendit omnem alterationem, & quamcunque mutationem, quomodo valde impropriè, possumus dicere malos humores, & excrementa, quæ Euacuantur, esse Concocta, prout aliquo modo sunt alterata, & mutata à Natura, sed in comparatione ad veram, & optimam Concoctionē, sunt Cruda.

De Hypostasi, quæ apparet in vrina febricitantium, & esse eiusdem speciei, cum Hypostasi sanorum. Cap. XVI.

PErtractauimus supra de Hypostasi, quæ apparet in vrina sanorum: Reliquum igitur est pertractare de Hypostasi, quæ apparet in vrina Febricitantium, & an sint eiusdem speciei: Galenus fatetur Hypostasim in Febribus esse portionem humoris putrescentis, in humoribus autem, qui in Arteriјs, & venis continentur quidam quod puri proportione respondet subsidet in vrinis.

Ista tamen opinio licet Galeni, patitur grauissimas difficultates: & primo, si est portio humoris putrescentis, vel erit portio causæ Antecedentis, vel causæ Coniunctæ: non causæ Antecedentis, quia ista non est actu putrida, sed potentia solum: cum ergo dicat esse portionem humoris putrescentis, & sola causa Coniuncta, actu putrescat, ergo erit portio causæ Coniunctæ: quod videtur innuere, idem Galenus, dum dicit, est portio humoris putrescentis,

accessio-

accessiones facientes, hoc autem non est nisi causa Coniuncta; & sic communiter creditur: sed Hypostasim non esse portionem causæ Coniunctæ, sic probo, quoniam ex Hypostasi non cognosceremus signa Concoctionis, & Cruditatis, nec longitudinē, aut breuitatem morbi, quod tamen est falsum: Antecedēs probatur: quia talis Hypostasis, si est portio causæ Coniunctæ, ergo solū ostēdit dispōnē illius. sed causa Antecedens, est illa quæ dicitur Cruda, & cōcoquitur, & non cā Coniuncta, ergo ista Hypostasis non poterit demonstrare, dispōnem causæ Antecedentis, ergo nec signa Concoctionis; & Cruditatis, longitudinis, & breuitatis morbi, quando hæc omnia pendent à causa Antecedenti, nō autem à Coniuncta.

Secundo, sequeretur quod Hypostasis, non semper demonstraret dispositionem venarum, quoniam causa Coniuncta, in Febre intermittenti, est extra venas, ergo Hypostasis, quæ apparet in Febre intermittenti, non ostendit dispositionem venarum, quod tamen est falsum: & eo magis ista Hypostasis, cum sit portio causæ Coniunctæ extrauenatæ, impossibile est, vt possit de nouo ingredi venas, vt

inde

inde misceatur cum vrina, & per vasa vrinalia deferatur ad vesicam, & excernatur cum vrina: quare in febre intermittenti non apparebit Hypostasis, quod tamen est falsum: quod si dicas, licet in febre Continua, Hypostasis sit portio causæ coniunctæ, in intermittenti tamen, est portio causæ Antecedentis: sed ista Responsio est valde voluntaria, cum nullam reddat rationem, cur potius in intermittenti, quam in continua, sit portio causæ Antecedentis, cum contrarium doceat Gal. quod sit portio humoris putrescentis.

Locis citatis.

Dico igitur, quòd venarum duplex est facultas concoquendi, vna communis, quàm venæ habent ab epate, dum chilum transmutant in sanguinem. Secunda est facultas concoctrix propria, ipsarum venarum, ratione cuius, venæ nutriuntur sanguine: et sicuti in homine sano, nutriuntur venæ optimo sanguine, & in omni Concoctione duo generantur excrementa, ita & in ista Concoctione sanguinis, quæ fit in venis pro earum nutritione, duo generantur excrementa, Tenue quod miscetur cum aquositate vrinali, vel cum humoribus, aut resoluitur per insensibilem transpirationem: aliud est ex-

cre-

crementũ crassum, quod generatur ex crassioribus partibus illius sanguinis, quæ cum non potuissent optime concoqui, transmutantur quantum possunt, & assimilantur ipsi venis in colore, & in crassitie, unde apparet album, & crassum, & istud excrementum, quod generatur in Concoctione sanguinis in vena Caua, pro eius nutritione, mixtum cum aquositate vrinali, vt diximus, est Hypostasis sanorum. Hoc idem contingit in Socrate febricitante: venæ enim nutriuntur sanguine illo Crudo, sed non bene possunt nutriri, cum nutrimentum sit malum partes tamen terrestriores huius sanguinis Crudi, remanent Excrementum, & dicitur Hypostasis ægrotantium: quare patet quod Hypostasis sanorum, & ægrotantium, sit eiusdem speciei, & est portio causæ Antecedentis, ideo indicat, & demonstrat signa Concoctionis, & Cruditatis. Lib.1. cap.11.

Nec rationes adductæ contra communem opinionem, sunt contra meam sententiam: quia Respondeo ad primum, quod licet excrementa primæ, & secundæ Concoctionis in maiori copia generentur in homine male temperato, & ægro, quam in optime sano, quia sunt veræ excrementa, & prorsus Lib.1. cap.11.

vtilia cum generentur ex mala, & praua qualitate alimentorum, & Chili: sed Excrementa nutritionis venæ cauæ generantur ex optimo, & purißimo sanguine, & ideo illud Excrementum crassum, quod dicitur Hypostasis, non potest melius generari, in corpore male sano, eo quia in tali corpore, nō reperitur sanguis optimus, sed malus, ideo etiam Hypostasis erit mala.

Ad secundum dico, quod cū generetur ex optimo sanguine, ideo erit signum perfectissimam Concoctionem factam fuisse in Epate, & venis, nempe perfectißimam sanguificationem.

Quod si dicatis, & vnde factum est, vt in principijs morborum, nulla appareat Hypostasis, & tamen tunc temporis venæ nutriuntur: ergo & tunc generabitur Excrementum crassum, & cum istud sit Hypostasis, ergo semper apparebit.

Respōdeo, quod in principijs morborum, sanguis est adeo Crudus, & malus, vt parū nutriat, & eo magis cum Natura, tunc valde sit intenta Cōcoctioni, vt tollat istā Cruditatem, non multum intendit nutritioni, præsertim in principijs morborum: & ideo non est mirum, si venæ aut nihil, aut parum nutriantur,

nutriātur, & generetur illud crassum Excrementū, in tā modica quātitate, quod mixtū cū multa copia aquositatis vrinalis, non apparet, aut apparet valde diuulsum, & secundū quod magis tollitur illa cruditas, & venæ magis nutriuntur, & quod illæ sanguis, magis cōcoquitur, magis etiam redditur aptus, vt possit nutrire: & quo magis nutrit, plura quoque generantur Excrementa: vnde cum in augumento vniuersali, sanguis sit magis Concoctus, quā in principio, ideo magis nutrit, & venæ magis nutriūtur: quare in maiori copia generatur Excrementū, vnde magis apparet Hypostasis in augumento, quam in principio, & sic magis in statu, quā in augumento: dupl:ci ergo de causa, in principio morbi, aut non apparet Hypostasis, aut valde exigua; Primo, quoniam sanguis cum sit Crudus, est parum aptus, vt possit nutrire: Secundo, quia Natura est adeo intenta, circa Concoctionem morbi, quod parum curat de nutritione partium.

Si dicatis Naturā esse magis intentā circa Concoctionē morbi, in augumento, & in statu, quā in principio, ergo multo minus in statu deberet apparere Hypostasis, quam in principio: Respondeo, fateor æquidē, Naturā

esse magis intentā, tollere illam Cruditatem in augumento, & statu, quā in principio, nō tamen fit quin partes magis nutriātur, quā in principio, cum humores peccantes, non alia ratione concoquantur à Natura, nisi vt nutriant, & secundum quod magis concoquuntur, magis etiam reducuntur ad benignum, & fiunt aptiores ad nutritionem, quare & magis nutriunt.

De signis Cōcoctionis, & Cruditatis, ex vrina. Cap. XVII.

SI ergo Concocta sunt medicanda, & nō Cruda, & qūo cognoscā ego, Materiā esse Cōcoctā, vel crudam? Erit igitur nobis sermo, de signis Concoctionis, & Cruditatis.

1 de Crif. cap 7. *Pro quo notandū est, in corporibus sanis,*
1. epidem com. 2. 44 *& ægris Concoctionē, & Cruditatē, indicare, & demonstrare, vt docet Gal. ipsa Excre*
4. Aphor. com. 71. *menta: inter Excrementa aūt potissime hoc*
1. de Crif. cap. 7. *indicant vrina, fæces alui, & sputa: fatetur*
2. Progn. *enim Gal. in omnibus Febribus, inspiciēdas*
com 26. *esse vrinas, cū vrinæ febricitantiū, notæ sint eorū quæ in venoso genere sunt. sed qūo dicetis vos demonstrat ipsa vrina, signa Cōcoctionis, vel Cruditatis? Respōdeo quod tri-*

pliciter primo ratione suæ substantiæ, Secundo, ratione coloris, Tertio ratione Hypostasis.

Ratione substantiæ, vrina aut est tenuis, aut crassa, vel erit mediocris: si fuerit tenuis dicitur Cruda similiter quoq; et crassa, vt testatur Gal. quingẽtis in locis: sola ergo vrina in substantia mediocris dicitur Optima, & Cococta, quantũ est merito suæ substantiæ. 2. Progn. 28.30. 4. Aph. 72 & in com. 71.72.76. 77. 2. Progn. 32. 4. Aph. 70 & Gal. 4. Apho. 69

In colore, si sit nigra, liuida, aut viridis, dicitur Cruda, & valde mala, similiter alba, & perspicua, & valde aquosa, erit Cruda, & mala: Rubra etiã dicitur ab Hip. Cruda, & mala: Optima igitur, & Concocta dicitur vrina ĩ colore, q̃ sit flaua, & palearis coloris. 2. Progn. 32.33. 4. Aph. 72 2. Progn. 28. Gal. 4. Apho. com. 71.72.

Quoad Hypostasim, nubecularũ positum supremũ ne locũ, an infimũ teneãt, obseruare oportet: namq; in ima parte cõstituuntur, si habeãt bonũ colorẽ, erunt bonæ, quæ vero sursum at tollũtur, malæ vituperandæq; sũt: est igitur necessariũ, vt Hip. sit Alba, leuis, et æqualis, hæc enim securitatem, breuemq; morbum significat: si autem tale, quod subsidet in vrina, fuerit alterius coloris, vel crassum, potius dicitur sedimẽtum, quã Hypostasis, & est malum, & signum Cruditatis. 2. Progn. 27. Gal. 4. Apho. 71 2. Progn. 36. 2. Progn. 26. Gal. 4. Aphc. 71 2. Progu. 27.28.29

Patet igitur ex his vrinam tunc dici Cõcoctam, quando in substantia, nec tenuis, nec

crassa, sed fuerit mediocris: in Colore, palealis, & quasi rufa & ideo, quod residet in vrina, sit album, leue, & aequale: quod si contrarium contingat, dicitur Cruda, & secundum quod magis, aut minus distat ab illa vrina, quae dicitur Optima, & Concocta, tũc etiam vrina dicitur magis, aut minus Cruda: Sciendum tamen est, vrinam non demõstrare, nisi ea, vt docet Galenus, quae continẽtur in genere venoso Epate, Renibus, Vraetere, & Vesica, principaliter tamen, venarum dispositionem ostendit.

4. Aphor. com. 77

Quousque vrina apparet Cruda, dicitur principium vniuersale ipsius morbi: cum tẽpora vniuersalia morborum, distinguantur per signa Concoctionis, & Cruditatis: quando vero in vrina apparet sensibiliter, aliquod vestigium Concoctionis, dicitur augumentum, & quando perfectae magis apparet, dicitur status, sed quando perfectissime Cõcoctionis signum apparet in vrina, tunc dicimus, illam Febrem esse in declinatione vniuersali: sed de his hacte nus, alibi enim haec omnia, abunde satis declarauimus.

Lib. de vrinis.

INDEX

INDEX EORVM, Quæ in hoc opere continentur.

Et Primo Primi Libri De Naturali Calore.

IN corporibus ſanis duplex reperitur calor, Naturalis, & Aduentitius, ſeu Acquiſititius. Cap.j.folio 1

Sed in corporibus ægris, tertius reperitur calor, qui dicitur Præter naturam. 1

Calor Naturalis, non eſt ſimplex caliditas, ſed ſubſtantia calida. 2

Calidum naturale duo dicit, Calorem, & Subiectum. 2

Calidum naturale eſt duplex, Innatum, & Influens 3

Calor Innatus quid ſit, & quare dicatur Fixus, Permanens, & Congenitus. Cap.ij. 3

Calidum Innatum, eſt Temperamentum, Natura, & Subſtantia partium ſimilarium. 4.47

De calore Influenti, & eius neceſsitate. Cap. iij. 4

Calor Innatus, eſt valde debilis, ideo fuit neceſſarium dari calorem Influentem. 4

Calor Influens à corde diffunditur ad omnes partes noſtri corporis. 4

Calor Innatus cur ſit adeo debilis, vt indigeat calore influenti. 5

Calor Innatus per se solus non est sufficiens instrumentum omnium operationum. 5
Calor Influens in corde magnus est, non tamen per se solus potest esse principium operationum. 6
Calor influens vnus est in omnibus partibus: sed calor Innatus est diuersus. 7.13
Calidum Innatum, auctum ab Influenti est principium omnium operationum. 8
De caliditate calidi Naturalis. Cap.iiij. 8
Calorem Innatum non esse igneum, vt credit Plato, sed vt dicit Arist. est Aethereus, & Cœlestis. 8
Omnia viuentia à Prædominio sunt calida. 10
Calor Innatus secundum Galenum est elementalis aereus. 11
Calidum Innatum, & Influens, conueniunt in calore, differunt solum secundum magis, & minus. 11
Duo calida in nobis reperiri, Innatum, & Influens. Cap.v. 11
Partes extremæ, & externæ, cur in principio accessionum, in accidentibus animi in syncopi, &c. appareant frigidæ. 13
De subiecto calidi Naturalis Innati, & Influentis. Cap. vj. 15
Calor Innatus subiectatur in portione magis tẽperata, partium similarium. 15
Partes omnes, quæ ad sensum apparent similares, re vera tamen sunt ætherogeneæ. 15
Semen, & sanguis sunt prima principia nostræ generationis. 17
Quæ à prædominio calida sunt, & humida, eo quia in eis dominantur aer, & aqua. 17
Necessitas spirituum, in corporibus nostris, est vt deferant calorẽ Influentem ad omnes partes nostri corporis. 18

Spiritus

Spiritus igitur sunt subiectum, & vehiculum caloris Influentis. 19

Calidum Influens nihil aliud est, nisi spiritus. 19

Calidum Innatum, quomodo distinguatur à calido Influenti. 19

DE spiritibus an sint, & quid sint. Cap.vij. 20

Spiritus reperiri in corporibus nostris ad mentem Gal.& Auicen. 20

Spiritus est corpus vaporosum, temperatum, subiectum caloris, & instrumentum omnium operationum. 20

Spiritus generantur ex aere attracto, & ex puriori parte sanguinis. 20

Spiritus Vitalis generatur in sinistro cordis ventriculo. 21

Spiritus Animalis generatur ex Vitali in capite in Rhete mirabili. 22

DE Necessitate spirituum in corpore nostro: hæc autem secundum Academicos est, vt anima, vniatur nostro corpori. Cap.viij. 23

Necessitas spirituum secundum Medicos est, vt sint subiectum, & vehiculum caloris Influentis. 24

QVOT sint spiritus: & an tres spiritus reperiantur in nobis, vt Vitalis, Animalis, & Naturalis: & probatur quod sic. Cap.ix. 25

Spiritum naturalem, non dari: sed solum Vitalem, & Animalem. 26

Melius tamen est dicere, dari solum spiritum Vitalem. 29

DE Temperamento ipsorum spirituum. Cap.x. 30

Spiritus habent complexionem temperatissimam. 30

Spiritus, an sit calidior res nostri corporis. 32

Arteria oritur à sinistro cordis ventriculo, continens spiritus, & purissimum sanguinem. 35

An Pueri calidiores sint Iuuenibns, vbi exponitur 14. Apho. primæ part. Cap. xj. 36
Qui crescunt, plurimum habent calidi innati. 36
Corpora augeri, vsque ad finem iuuentutis. 37
Iuuenes, & pueri, calidiores sunt, quam consistentes, & Senes 37
Pueri cur crescant, & magis appetant, quam Iuuenes. 38
Aequalis gradus caloris, est in Pueris, ác in Iuuenibus. 40
Pueri cur magis sint humidi. quam Iuuenes. 41
An ventres hieme, & vere, Natura calidissimi sint: vbi exponitur 15. Aphor. primæ part. Caput. xij. 46
Ventres hieme, & vere, calidi sunt, per Andiparistasim. 47
Aphor. 15. non est vniuersaliter verus, sed solum de corporibus calidis & sanguineis, & optime sanis. 50. 51

Index eorum, quæ continentur in secundo Libro de Calore Aduentitio; & Febrili.

PRincipia nostræ generationis sunt sanguis, & semen, quæ á prædominio calida sunt, & humida. Cap. j. 54
Superflua humiditas seminis exiccatur ab igne, & ista fuit necessitas caloris Aduentitij. 55. 58
Caliditas Aduentitia, quæ dicitur Acquisititia, Ignea, & Spuria, & non Naturalis, quid sit. 55. 56
Calor Naturalis, & Aduẽtitius distinguuntur in calore, & subiecto. Cap. ij. 61
De calore Febrili: qui distinguitur á calore Naturali ratione caloris, & subiecti. Cap. iij. 63
Calorem Febrilem, non distingui á calore Aduentitio, nisi secundum magis & minus: & FEbrem

brem nihil aliud esse, quam conuersionem, & excessum caloris Aduentitij. Cap.iiij. 65
Probatur ista noua opinio, ratione, & authoritate. 66
Febris non est necessarium: vt semper prius accendatur in corde, quàm in cæteris partibus. 75
Nec est verum, quod calor Febrilis semper à corde, communicetur singulis partibus nostri corporis. 7.82
Febrem non esse calorem, aut simplicem caliditatem, vt perperam omnes, sed esse, malam intemperiem calidam. Cap.v. 78
Febrem esse intemperiem calidam morbosam, accensam in corde. 81
Febris per se est in corde, per accidens autem diffunditur ad alias partes. 82
Febris quare non dicatur affectus siccus. 82

INDEX EORVM, QVAE continentur in Libris de Concoctione.

Et Primo Primi Libri.



Duplicem esse Concoctionem, vnam alimentorum insanis, alteram Crudorum humorum in ægris. Cap.j.fol. 89
Concoctio alimentorum, quid sit secundum Galenum, & secundum Aristotilem. 90
De prima Concoctione, quæ fit in ventriculo, cuius materia, est cibus, & potus. 92
Prima Concoctio incipit in ore. 92
Ventriculus nutritur sanguine, & non chilo. 96
De causa efficienti Concoctionis, quæ est calor innatus

innatus auctus ab influenti. 99
Concoctio fit à calore partium solidarum: iuuari tamen potest ab extrinseco 103
DE fine, & forma Concoctionis: qui est, vt id quod concoquitur, conuertatur in substantiam viuentis. 104
Forma, est assimilatio, seu substantia ipsius viuentis. 105
DE Excrementis primæ Concoctionis. Cap. v. 105
In omni Concoctione, sunt duo Excrementa, Tenue, & Crassum. 105
Partes alimentorum, quæ ob sui prauitatem, subterfugiunt Concoctionem, degenerant in Excrementa. 106
Fæces sunt Excrementum crassum primæ Concoctionis. 107
Vrina est Excrementũ Tenue primæ Concoctionis. 107
Vrina, ex qua materia generatur. 107
Vrina cur mixta sit cum sanguine in venis. 109. 111
Intestina nutriuntur sanguine. 110
DE Secũda Cõcoctione, quæ fit in Epate. Cap. vj. 111
Venę mesenterij attrahunt Chilum, simul cum vrina 111
Necessitas venarum mesenterij. 112
Secunda Concoctio incipit in venis mesenterij, quia Chilus in eis incipit mutari in sanguinẽ. 113
In Epate postea recipit perfectiorem formã sanguinis. 114
Munus sanguificandi est à carne Epatis, & nõ ab eius venis. 114
Damnatur sententia Argenterij. 116
Sanguis perficitur in vena caua. 118
AN Sanguis generetur in Epate, vel in corde. 119
Sanguis generatur in corde secundum Aristot. 116
Damnatur sententia Aristot. quia generatur in Epate. 120
SOLVM Sanguinem actu, reperiri in venis: cæteros vero humores, in potentia. Cap. viij. 123

Extra

Extra venas, actu reperiuntur omnes humores. 128
SOLVM sanguinem nutrire secundum Arist. Hip. & Gal. Cap. ix. 130
DE Excrementis secundæ Cōcoctionis. Cap.x. 133
Bilis est Tenue Excrementum melancolia crassum secundæ Concoctionis. 135
Icor qui apparet mixtus cum sanguine secta vena; est vrina. 139
DE Hypostasi, quæ apparet in vrina. Cap.xj. 140
Hypostasim non esse crassiorem partem vrinæ, vt credidit Fernelius: 140
Hypostasis est in triplici differentia. 142
Hypostasim non esse Excrementum, nec primæ, nec secundæ Concoctionis. 143
Hypostasis est Excrementum crassum, tertiæ Cōcoctionis, factum in nutritione venæ cauæ. 146
DE Tertia Concoctione, quæ fit in singulis partibus. Cap.xij. 150
DE Secūdis humiditatibus, quæ quatuor sunt, vt Innominata Ros, cābiū, & gluten. Cap. xiij. 152
AN Sanguis transeat per omnes has humiditates, antequam nutriat. Cap.xiiij. 156
DE Excrementis tertię Concoctionis, quę sunt Sordes, & Mador. Cap.xv. 161

Index eorum, quæ continentur in secundo Libro de Concoctione.

DE Concoctione humorum peccantium in ægris quid sit. Cap.j. 164
Non est præparare humores ad expulsionem. nec est adæquatio humorum. 164
Sed est deductio eius, quod concoquitur in substantiam concoquentis. 165
Humores peccantes per Cōcoctionem reducuntur ad benignum, & apti, vt possint nutrire. 166
QVI Nam humores concoquantur, in morbis, & quid sit cruditas morbi. Cap.ij. 169.172

Humor Crudus est in potétia propinqua, ad futuram putredinem. 170
Causa Antecedens in Febribus, est tota massa humoralis, quę est in potentia propinqua ad futuram putredinem, & dicitur Cruda, & ista sola concoquitur. 172
CAusa coniuncta, est humor actu putridus, qui parit particulares accessiones, & consumitur in singulis accessionibus, & non dicitur Cruda, nec concoquitur. 173
Febris est calor præter naturam, accensus in humore putrido. 174
In Tumoribus præter naturam, causa Coniuncta dicitur Cruda, & concoquitur. 175
Quæ nam sit causa, vt Pituita, moueatur singulis diebus bilis alternis, & melācolia de tertio in tertium, & pariant diuersos circuitus febriū. Cap. iij. 177
Causa Antecedens in febribus, sunt omnes humores, qui continentur in venis, potentia putridi. 178
Causa Coniuncta est humor actu putridus, qui parit particulares Accessiones. 178
Accessiones in Febribus, quomodo fiant, & quousque durant. 179
DE causa efficienti huius Concoctionis morbificæ. Cap. iiij. 185
Quæ est calor naturalis partium solidarum, & non calor mixtus. Cap. iiij. 185
De causa finali Morbificæ Concoctionis, quæ est vt Natura sibi assimilet humores peccantes, vt ex illis possit nutriri. Cap. v. 190
Humores peccantes non concoquuntur nisi in morbo salubri. 192
Natura non concoquit humores peccantes, vt illos facilius expellat. 194
Quare peccantes humores facilius, & melius euacuantur Concocta materia. 195
Noua expositio 22. Aphor. primæ part. 197

Concocta non sunt euacuanda, sed Cruda. 198
Cõcoctionem sanorum, esse eiusdem speciei, cũ morbifica Concoctione. Cap.vj. 206
In quibus morbis, expectanda sit Concoctio, & quæ conditiones requiruntur, ad Concoctionem. Cap.vij. 208
Ad Concoctionem primo requiritur Quies, Secundo, vt disponantur, & præparentur vt facilius concoquantur. 308
Minorantia medicamenta non cõueniunt in principio, nec in augumento. 209.214
Humores peccantes, non esse purgandos, nisi in vltima parte status, aut in vniuersali declinatione. Cap.viij. 211
Quare flebotomia conueniat in principio, & medicamentum, in declinatione quando morbus est paruus, & mitis. 233
De materia Turgenti, & cur debeat purgari, in principijs morborum, nulla expectata Concoctione. Cap.ix. 225
Materia Turgens est, quæ mouetur motu velocissimo, & inordinato. 225
In quibus morbis, materia Turgeat, & in his non esse euacuandum nisi cum maxima præmeditatione. Cap.x. 231
Materia non turget, nisi valde Raro in morbis peracutis: exponitur 24. Aphor. primæ par. 231
Materia multa, non debet Cruda purgari, in principijs morborum, & quid sit materia multa. Cap.xj. 236
In febre Pestilenti non conuenit purgare in principio, materia existente Cruda. Cap.xij. 240
Lenitiua medicamenta, conueniunt, in principijs morborum. Cap.xiij. 246
Quæ sint Medicamenta Solutiua, & Lenitiua. 247
Flebotomia cur conueniat in principio morbi materia existente Cruda, & non in Declinatione. 247
In principio Inflammationum, & Thumorum

præter

præter naturam, conueniunt solutiua medicamenta, ratione Reuulsionis. Cap. xiiij. 250
Sed ratione Euacuationis, non competit purgare, nisi in Declinatione.
REuulsio, & Euacuatio, quid sint, & quibus, & quando conueniant. 251
IN Febribus, non semper post Concoctionem, esse purgandum, immo non nisi valde Raro. Cap. xv. 259
Qui humores soleant purgari à Natura, in optima Crisi. 261
In Febribus, Medicus non debet purgare, nisi adiuuando Naturam, quando molitur imperfectam Crisim. 263
HYPostasim, quæ apparet in vrina ægrotantium esse eiusdem speciei cum Hypostasi sanorum. Cap. xvj. 268
Non enim est portio humoris putrescentis, sed crassum Excrementum, tertiæ Concoctionis. 270
In principijs morborum, cur non appareat Hypostasis. 272
SIGNA, Concoctionis, conoscuntur in vrina, ex substantia, colore, & Hypostasi. Cap. xvij. 274
Vrina quomodo dicatur cruda, vel cocta. 275

Errores sic corrigito.

carta	*linea*		*lege*
9	13	probari potest	probare possumus
13	7	uatura	natura
15	13	subiecto	subiecto
30	12	ponetur	ponatur
32	24	calidistimus	calidissimus
34	3	Art.	Ari.
37	7	torpora	corpora
39	8	3.progit:	3.progno.
42	21	probat	probatur
44	14	contractu	contactu
47	2	vt temperamentum	sit temperamentum
49	24	animala.	animalia

3.ac

ERRATA

52	16	3. de causis pulsis	3. de causis pulsuũ
54	4	de cet	docet
57	2	multum	multam
66	2	subiecte	subiecto
75	4	subiectatur	subiectatus
84	7	eo qua	eo quia
86	2	vt in primo	vt primo
92	3	& eum	& cum
93	5	accipit	incipit
93	6	incipit	accipit
93	20	dicas	discas
95	8	conturnix	coturnix
95	21	concontionem	concoctionem
106	26	corpore	corpori
107	13	mutile	inutile
107	22	nt cũ si frigidæ	cum sint frigidæ
107	25	primi	primæ
102	18	quam	quoniam
98	1	ventriculo	ventriculi
99	4	præcipue	percipere
99	11	ex eo	& eo
111	13	illam	illum
118	7	ad sententiam	sententiam
121	18	lambos	lumbos
121	25	triulchas	trisulchas
126	4	exceduut	excedunt
142	11	in qua	in aqua
149	17	concoqui	concoquere
152	5	unt	sunt
154	1	sanguis	sanguinis
170	21	introductam	introducta
177	10	Accesſionis	Acceſſiones
182	8	caasæ	causæ
204	14	aliqua	aliquam
206	5	superata	seperata
215	8	hauhquaquam	haudquaquam
233	26	illas	illa
248	12	crudam	cruda
255	19	extum	sextum

Regeſtum.

†ABCDEFGHIKLM
NOPQRS.

Omnia ſunt folia, † ſemifolium,



ROMAE,

Excudebant Alexander Gardanus,
& Franciſcus Coattinus.
1586.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

284
FINE

19

[illegible]


RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI
MARIO